implebis. ut pronotati bonis actibus devotionem tue et maior
committere debeamus etc. Datur licentia ad certum tempus

xlviii in amenitate provintie de urbe egrediendi Eusebio viro illustri

Post tumultuose urbis solicitudines tediosas et observationum
molestias ingravantes magnitudo tua provinciali quam
amenitate desideravit recreari. asserens occupationum tibi
causas prioribus emersisse temporibus. quibus expeditis in tali
desiderio gaudere quietate. Et quia vere illa securitas est que in
iussionibus datur. cum tempus fuit occupationis emersum
octo mensium inducias in Lucanie dulces recessus nostra antea
concedimus. ut ex illo tempore supputentur. cum te egredi ex urbe
divino favore contigit quibus peractis multorum desiderio ad Romanas
sedes venire festina convictu nobilium condigna tuis moribus
conversatione reddendus etc. De testando scelera deputat presentem
provintie universis provincialibus et capillatis defensoribus

xlix Districtio semper subtrahi non debet regie iussionis. ut audaciam
metus comprimat. et laceratos spes futura refoveat. Quoniam
cum denunciata commatio plus efficit. quam pena compone

Et ideo aspice Fredabaldum locis vestris preesse ex nunc primus qui ab actionibus a malicia letiuna (?) senitate coherceat homicidia resecet esset
furta condempnet cunctos quoque vos a sceleratis ausibus revocat
quos nunc presumptio nimia dilatavit. Convenit competenti vivere
bonis moribus instituti. Nullius natio nullius promittit honor
excuset. Unde est vindicte subiaceat qui pravis moribus
obsecundat etc. **De natura mirabili cuiusdam montis
totam vastantis provinciam Fausto ppto de compen-
satione secundum commensuratam**

Campani vesuvii montis hostilitate vastati clementie 10
nostre supplices lacrimas profuderunt ut agrorum fructibus
enudati sublevarentur onere tributarie functionis quod
fieri debere nostra merito pietas acquiescat. Sed quia nobis dubium
est universam quam industria calamitas magnitudine vexavit
ad Nolanum atque Neapolitanum territorium probate fidei virum
precipimus destinare. Ubi nimietas ipsa domestica quadam le-
gione grassatur ut agris ibi diligenter inspectis ingenium
possessoris laboranti utilitas sublevetur: quatinus mensura-
tim conferatur quantitas beneficii. Dum modus integer cogno-
scitur lesionis laborat enim hoc uno malo iste deflorata pro-
vincia. que ne perfecta beatitudine frueretur huius timoris fre-
quenter acerbitate concutitur. Sed non in totum durus est eventus
ille terribilis premittit signa gravia ut terribilius sustineantur
adversa. Tantis enim molibus natura rugire mons ille
hiatus immurmurat. ut excitatus quidam spiritus grandisono
fremitu vicina terrificet. fiunt enim aera loci illius exhala-
tione teterrima. et per totam pene Italiam cognoscitur. Cum ad
illa indignatio commovetur volat per inane magnum cinis de-
coctus. et bonis imbribus excitatis transmarinas quoque provin-
cias pulvereis guttis complevit. Et sic quid Campanie pati possit
cognoscitur. quando malum eius in orbis alia parte sentitur
videas illic quasi quosdam fluvios ire pulvereos. et arenam
sterilem impetu fervente velut liquida fluenta decurrere sup-
positas. subito usque ad arborum cacumina dorsa intumuisse camporum

Ut luctuose subito calore vexata que letissima fuerant inundatione
depicta. Vivit fornax illa perpetua primitias quidem. sed fertiles
arenas que licet fuerint diuturna adustione siccate. in varios
fetus suscepta germina mox producunt. et magna quadam celeri-
tate reparant que paulo ante vastaverant. Hec est ista singularis
exceptio unum montem sic intremere. ut tot mundi partes perfectum
aeris permutatione terrere. Et sic suam substantiam ubique dispargere
ut non videatur dampna sentire. longe lateque pulveres rotat
vicinis autem quasdam moles eructat. et tot seculis mons hic
qui erogationibus tantis expenditur. Quis credat tam inge-
tes glebas usque in plana deductas de tam profundis hiatibus
ebulisse. et spiritu quodam efflante de montis ore conspuisse quasi
leves paleas fuisse proiectas alibi catinam magna Hararum
localiter videntur ardere huius incendia pene mundo datum est
cognoscere. Quemadmodum ergo non credamus incolis quod
testimonio potest universitatis agnosci. Quapropter ut dictum est tale
eligat vir prudentia. qui et remedia lesis conferat. et locum
subreptionis non relinquat etc. Ut quia latro proprios
in Roma decoris fabricis erexerat eidem reparatio theatri
committatur Simmacho patricio etc.

// Cum privatas fabricis ita studueris. ut in laribus propriis quedam
menia fecisse videaris. Dictum est. ut Romam quam domorum
pulchritudine decorasti. in suis miraculis cognoscere nostrales fun-
datorem egregium fabricarum earumque comptor eximius. quia utrumque
de prudentia venit. et apte disponere. et exquisita competenter ornare.
Notum est enim quanta laude in suburbanis suis Romam traxeris
ut quam illas fabricas intrare contigit aspectum suum ex urbe
esse non sentiat. nisi cum se agrorum amenitatibus interesse cogno-
scat. Antiquorum diligentissimus imitator modernorum nobilis-
simus institutor. mores tuos fabrice loquuntur. quia nemo in
illis diligens agnoscitur. nisi qui in suis sensibus ornatissimus
invenitur. Et ideo theatri fabricam magna se mole solventem
consilio vestro credimus esse roborandam. ut quod ab antecessoribus
vestris in ornatum patrie constat esse concessum. non videatur sub
melioribus posteris imminutum. Quid non solvat senectus. que
tam robusta quassavit. montes facilius cedere putarentur

quam tua soliditas imitatur. quia et moles ipsa sic tota fuit de cautibus
vt preter artem additam et ipsa quoque naturalis esse credatur. Hec po-
tuissemus forte negligere si nos contigisset talia non videre. cautes illos
saxis abscisos ita iuncturis absconditis in formas pulcherrimas conve-
nisse ut captas magis excelsi montis credas quam aliquid fabricatum
esse iudicares. fecerunt antiqui locum tantis populis parem ut haberent
singulare spectaculum qui mundi videbantur habere dominatum. sed quia
non decet doctos preterire libet repetere quid nobis antiquitas
nobis sermone probatur esse testata. Hec memoria tradidisse. cum agricultores feriatis diebus
sacra diversis numinibus per lucos vicosque celebrarent Athenienses pri-
mi rurale principium in vrbanum spectaculum collegerunt. Theatrum
graeco vocabulo a visione nominantes. eo quod ibidem turba astantibus a longe
sine aliquo impedimento videatur. Frons autem theatri scena dicitur
ab umbra luci densissima ubi a pastoribus inchoante verno diversis
sonis carmina cantabantur. Ibi actus musicus et verba prudentissimi
seculi floruerunt. Sed paulatim factum est ut honestissime disciplinae
improborum consortia fugientes verecundia se exinde tota consideratione subtraherent.
Tragedia ex vocis vastitate nominatur. que concavis repercussionibus ro-
borata talem sonum videtur efficere ut pene ab homine non credatur
exire. Erigitur autem in hircinos pedes. quia quisquis inter pastores tali
voce placuisset capri munere donabatur. Comedia a pagis dicta est.
Comus enim pagus vocatur. ubi rustici vestientes humanos actus le-
tissimis carminibus irridebant. His sunt addite orchestrarum loquacissime
manus. linguosi digiti silentium clamosum. expositio tacita quam musa
Polimnia reperisse narratur ostendens homines posse etiam sine oris affatu
suum velle declarare. Hinc se non ex sua lingua qui homines dicuntur invent-
a sunt virtutes. quod in terris sibi esse videantur. His levium pennarum
acumina ideo in fronte pingunt. quia earum sensus celi cogitatione sub-
lecti res altissimas intuentur. Panthomimo autem qui a multifaria
imitatione nomen, cum primum in scenam plausibus invitatus advenerit assi-
stunt consoni chori diversis organis eruditi, tunc illa sensuum manus
oculis canorum carmen exponit Et per signa composita quasi quibusdam
litteris edocet intuentis aspectum, ut in illa legatur apices rerum, et non
scribendo facit, quod scriptura declaravit Idem corpus Herculem designat
, et Venerem feminam presentat et marem, regem facit et militem senem reddit
et iuvenem Ut in uno credas esse multos, tam varia imitatione
discretos Mimus etiam qui nunc tantummodo derisui habetur tanta philo-

Incipiunt Capitula

stionis cautela repertus est. Item eius actus ponetur libris. Cuncti mundi curis edacibus estuantem levissimis suis temperaret. Quid acti-tabulorum tinnitus, qui qui sunt dulcissimi soni referam percussione voca-li modulantes. quo tanta gratia commoditatis accipitur. Ut inter reliquos sensus auditum sibi ad animum summum. tunc homines estimet fuisse col-latum. Ubi etas subsequens miscens lubrica per eorum inventa. traxit ad vitia, et quod honeste causa delectationis repertum est ad voluptates cor-poreas precipitatis mentibus impleverunt. Hos ritus romani per cetas cultu-ras ad suam rempublicam utiliter trahentes. Edificium alta cogitatione conceptum magnanimitate mirabili condiderunt. Ut non immerito tradit Pompeius hinc magnus potius fuisse vocitatus. Et ideo sive masculus pi-lis sive talis fabrica refectionis studio potuit innovari. expensas vobis de nostro cubiculo curavimus destinare, ut et vobis acquiratur boni homi-nis fama, et nostris temporibus videatur antiquitas decentius innovata.

Tituli quinti libri

Liber quinti

Regi unarnorum laudat fabros qui attulerunt arma sibi missa

Theodricus Rex

Cum pueros piceis imbutus et candore gentili lucentes arma nobis deferentes, per spatia vestra firmitas destinavit, ferro magis quam auri pretio ditiores. Splendet illic claritas expollita, ut intuentium facies fideli puritate restituat, quorum margines in acutum tali equalitate descendunt, ut non limis composite sed igneis fornacibus credatur effuse. Horum media pulcris alveis excavata, quibusdam videntur crispari posse vermiculis, ubi tanta varietas umbra concludit, ut intextum magis credas variis coloribus lucidum metallum. Hoc vestra cotes diligenter emundat hoc vester splendidissimus pulvis industrie detergit, ut speculum quoddam faciat ferream lucem, qui ideo patrie vestre natura largiente concessus est, ut huiusmodi rerum opinionem vobis faceret singularem. Enses quos pulcritudine sui putentur esse Vulcani, quos tanta elegantia dinoscitur excolere, quicquid enim ipsius est, ut quod eius manibus formabatur, non opus mortalium, sed creditur esse divinum. Proinde per spectabiles industres legatos

nostros solventes debite salutacionis affectum arma nostra nos libenter accepisse
se declaramus, que bone pacis studia transmiserunt vicissitudinem muneris
pro expensarum vestrarum consideratione tribuentes, que tamen vobis reddantur
accepta, quam nobis vestra fuerunt gratissima presentent divina concordia
ut hec nunc nos grata mente facientes gentium nostrarum velle iungamus
et munere soliciti mutuis possimus obligari utilitatibus etc.

Eidem principi qui de longinquis partibus sucinum sibi destinavit regratiatur. Hestis Theodricus Rex

2 Per legatis vestris venientibus grande vos studium notitiae nostrae
habuisse cognovimus, ut in Occeani littoribus constituti cum nostra mente
vos iungamini. Suavis nobis admodum et grata petitio, ut ad nos per-
veniret fama nostra, ad quos nulla potuimus destinare mandata. Amate
iam cognitum, quem requisistis ambientes ignotum. Nam inter tot gen-
tes viam presumere non est aliquid facile concupisse. Et ideo salutatione
vos affectuosa requirentes indicamus sucina que a vobis per harum
portitores directa sunt grato animo suscepta fuisse, que ad vos Occeani
unda descendens hanc levissimam substantiam, sicut et vestrorum relatio continebat,
exportat. Sed unde veniat incognitum vos habere dixerunt, quam ante
omnes homines patria nostra offerente suscipitis. Hec quodam Cornelio de-
scribente legitur interioribus insulis Occeani ex arborum succo defflu-
ens, unde et succinum dicitur, paulatim solis ardore coalescere. Fit enim suda-
tile metallum teneritudo conspicua, modo rubens colore croceo, modo
flammea claritate pinguescens, ut cum in maris fuerit delapsa confinio
estu alternante purgata vestris littoribus tradatur exposita, quod ideo indi-
candum credidimus, ne omnino putetis notitiam nostram fugere, quod
occultum creditis vos habere. Proinde requirite nos sepius per vias, quas
amor vester aperuit. Quia semper prodest divitum regum acquisita
concordia, qui dum parvo munere leniuntur, maiore semper compen-
satione proficiunt. Aliqua vobis etiam per legatos vestros verbo man-
davimus, per quos destinasse, que grata nobis esse decrevit, declaramus.

Quendam questure dignitate subvehit cuius frater eiusdem no-
minis et tituli eadem pollebat dignitate. Honorato Theodricus rex

3 Vir sapiens pronunciavit bene mitos dona necessitate suscipere. Sed tamen mercedi-
tatis principis et beneficia venditasti honorem fratris adipiscens.
Quem iam sapiencia quoque germanus est, ab eisdem bonis non repellimus,
quem similem comprobamus. Fiat nunc ut parentes et liberi bonarum
artium studia incitamento sollicitudinis eruditionis. Quanam inter fectimus
legem parentes in administratione succedere, hinc provectus non admittitur,
sed imitatur. Quia licet persona subrogata sit, familie tamen non deficit
quod gestis precipuis germanus acquirit. O vere vestis electa munus et auspicio

nominis honorati presentiunt quedam pene post in prole vocabulis ven-
turarum rerum typus ex alto est. Amplius divinitatis cogitatio propagatur
instruitur loqui datur quod nos sensisse nescimus. Sed post casum re-
invenimus, quod ignorantes vaticinando dixeramus. Tali igitur omine decoratus
enituit. Enituit inquam ac si honoribus palatii meritis nostro laudibus
immiscuit dignitate fruens, quam solemus dare prudentibus. Hic pla-
ne super tectos adipiscens quod potuit emergere post electos sub ingeni-
o sui luce nitere pios quidem, sed reverenter astabat. Impositurus tacitus
nectareis copiosis tuarum nostrarum eximius reverentie. Et cum prefatis
nostre gratia ditaretur more magis laude contentus mediocribus se
potius equabat. Comitatur nos recordato honore, quia fides hominis
nescit cum morte desinere. Cetera nostra quasi obliviscetur occulerit
gessa quasi describentur per ordinem recitavit. Sine avaritia sermonis
et gratiam nostram sine cupiditate perquirens. Dimittimus quidem ad bo-
niti laudes. Sed compendio sermonis assumpti, cum illud referimus
te docemus fuit nimirum gratus, qui apud nos et post fata esse non
desinit. Tristes quinimo, quem nos amisisse dolemus. Sed acerbum
casum mitigat, quod ei in talia virtute succedis, quia non perdidisse se
sentit, quod in alterum invenisse cognoscit. Non externa sectetis exe-
mpla. Cui domestica tamquam magna suppetunt premia. In decoratus
ex illo es, ille honoratus in te est. Ad invicem mito qui vixe sit nova
Nam de te usque credimus meliora que sequuntur, quia semper es dilige-
ntior imitator patris, quando te precedentis bona licet eligere et nova
cumulare. Atque ab initio etiam questure te dignitate subvehimus
fatimus cum nostri consilii claritate vincere honoratum, ut esse nunc incipias
quod antea vocabaris. Age nunc in herendo iusticie, ut qui in excepto ho-
norem dedimus meliora tibi probatissimo conferamus etc.

Concedendo cuidam questure dignitatem laudat eum de multis. Senatui urbis Rome

Certum est patres conscripti prudentibus
viris vestrum fore consilium, sed et hoc probatur egregium quod
vobis permiscetur dignitas litterarum. Omnes enim quos ad questure
culmen vehimus doctissimos estimamus, quales legum interpretes et con-
silii nostri decet esse participes. Dignitas que nec divitiis, nec solis nata-
libus invenitur. Sed tantum doctrina cum continentia potest impetrari pruden-
tiam. Nam licet in aliis honoribus beneficia conferamus, hinc
semper accipimus. Est enim curarum nostrarum felix portio. Quamvis nostre
cogitationis ingreditur pectus quo quales tunc volumus cognoscit estimare
quid de illo debeat iudicari, qui tanti particeps sit secreti. Ab ipso legum
peritia postulatur. Illi vota consuetudine supplicantium. Et quod est omni thesauro
preciosius, penes ipsum civilitatis nostre fama reponitur. Questure iusto

Liber

innocentium tuitio sit secura. Improborum tamen vota reddimus anxia, cum
malis perficiendi spes tollitur, studium bonis moribus adhibetur. Per se
continet comitiumque ipsa iura custodit. Quaestoris professus nescius decipe
promptissimam subvenire. Ingenio principis servit. Et quod vir ipse
putat, illius ore loqui cogitur, cui nulla similis invenitur. Hunc so-
cium meis variis virtutibus plenum, qui sub nostra potuit expedire prin-
Nonne vobis dignus est esse collega. Scitis enim quia gloriatur saepe provin-
tus meminisse quem decoratum adnotationis laboribus inspicitis, quia se
Romanique honorum commixit probitate. Tamen vir fidelis orator. Affuit
ceteris rebus insistens indicantis portavit annum ad subsellia cogni-
torum, cui multo frequens palma contigit. Causa sapiens alleganda
tractavit. Duobus supinere iacturam nescivit, qui se primus indice cor-
rigitur. Illustrior gradu praestat viris consularibus se promovit. Et tum
impar viris haberetur honoribus in patriciatus decore celeberrima e cogni-
tione susceptus. Nimis carum est patres conscripti solidum loqui. Et tum
multa neque est dicere titubantia non proferre. Hoc incorrato etiam sinerit
fuit. Hoc autem nostra iudicia vos probastis. Cuius enim tempore suo cum
quaestor gubernatorem licitum ignorare potuit, qui cancellarie scripulos tuspire
contendit legibus profecto minus indiguit, qui eius solatia non sumpsit.
Iam non de eius morte festinata conquerimur, ex cuius fecunda pullulavit
stirpe germanus. Nam qui prius fratris umbra tegebatur, illo nec lege
subducti famae sue comas per apta distendit, sequendo germinis iste pro-
intulit, quem nascendi ordine primus evaluit. Sic factura nobilis fruc-
tum quod in decessore perdidit in successore servavit. Concordia hunc
familie ramus ille ditissimus, qui in Virgiliano carmine semper enascitur.
Hoc enim avulso non defuit alter aureus, et simili frondescit in ga-
tallo. Invenit quippe et hic adnotatione sanctitudiam opinionem Romana
urbe cedens sui spolitanorum se maluit miscere negotiis. Haec tantum
dura quantum aucta prudentia cognoscitur segregata. Inter bonos moratos
asseruisse iusta facillimum fuit. Provincialibus autem se vaga libertate
tractantibus nimis arduam videtur iuris servasse modestiam, ubi
quoque videtis cupiditate plerumque improba rapiunt. Et quanto sibi
inter mediocritate videntur esse potiores tanto sunt prius aliorum volunta-
tibus obviari. Inter talia legem vindicare difficile est, et magne per-
suasionis viris ad propositum recto venalitate nuditum renovare. Committe-
gitur patres conscripti libenter nostra audacia iudicia, et honoratum quaesture
culmine provectum, gremium vestrum gratanter recipiat. Dignum est enim
a nobis diligi, qui par meritum tantis honoribus recepi

Comitiue de officio Vercellorum Mamme Saioni

Laudabile est in illa parte geminare custodiam, qui constat decreto 5.
utilitatibus exquisitam. Per hanc enim et legationum utilitas
et ordinationum nostrarum celeritas explicatur. Hoc etiam an licitis prestatibus
per varias iussiones ministrat effectum. Hoc crebris illationibus nostrorum
ditat sacrum, ut pene quicquid in republica geritur cursuali ministerio
compleatur. Decet proinde semper esse paratum, quod utilitatibus publicis
probatur accomodum, ne quod ad celeritatem repertum est, incongrua potius
festinantibus nuntiat tarditatem. Atque ideo ubi prefectus pretorio et magister officiorum
pro republica te locum delegerint, ordinare statim excedentium impudentiam
presumptionem, tali te precipimus districtione resecare, ut sive Gothus sit, a
Romanis, qui sine iussa nec eorum quorum interest evectione veredum p-
sint attingere, per unum equum centum statim solidos a te cogatur exsol-
vere. Et de illis quoque pari severitate censemus, qui super evectionum nu-
merum cursuales equos usurpare presumunt. Parathippis qui etiam no-
ultra, quam centum libras iubemus imponi. Nimis enim ab-
surdum est, ut a quo celeritas exigitur, magnis ponderibus opprimatur
cum ipsa iumine onere gravata progreditur. Carine que labore non sen-
tiunt replete mercibus non moventur. Quemadmodum quadrupes facere poterit, qui
pondus nimium te succumbit. Si quis autem a modulo diffinito amplius
fuit hic repertus, duarum unciarum cum dampno feriatur. Etiam
p-sima protinus exacta, sed iam anterioribus edictis constitutum est p-
officium magistrie dignitatis cursum proficere debere censemus. Iustum est
enim, ut cogatur illa vendere, qui publicum equum male cognoscitur
onerasse. Sit inditatibus expeditus, qui velocitate noluit esse cele-
berrimus. Propterea commonemus, ut ad praetorum incommoda non permittas.
Sed quicquid pro parte hac tenenda sanxit antiquitas, nulla usurpa-
tione denegetur. Nos enim pro te volumus custodiam non antique consuetu-
dinis remone cautelam etc. Ut quondam neglectoris substan-
tiam iuri publico applicet Stabulario

Suspicienda est pietas, que publicis utilitatibus non repugnat, et amplec- 6
tenda dispendia privatorum, quo sic communem querunt remedium, ut nos
non indicant gravare dispendium. Qui itaque clarissimi Iohannis querela
comperimus Thomatem dominus nostre certa possessionia suscepisse vel illud atque
illud, et nunc decem milia solidorum reliquatorem vestris utilitatibus extitisse
et per diversas laudificationes non implere debita quantitate, quod apud nos
quoque procerum nostrorum suggestione perclarint. Ideoque tam tali credi-
mus remedio immedendum, ut universam substantiam supradicti Thomatis
sub hac conditione fixis titulis iuri vestro publico applicare, quatenus si infra

Kalendarum septembrium diem quod rationabiliter exposuit, atque Thomatem mi-
nime fuit exsolutum praedicta substantia Iohanni viro clarissimo contra-
datur, qui eius debitum luere nostro aerario. Et si obligationi praedictus
Thomas solvere intra praefinitum tempus fortasse potuerint, commissa
ei quae sublata sunt illibata reddantur. Ita ut nec fiscus noster sustine-
atur incommoda, et nos cognoscamur subiectis solitam iustitiam
praestitisse. Possemus et ad hunc ultra differre, sed quid prodest neglige-
tissimum sustinere, quem per tam longum temporis spatium sic invenimus
impatientem etc. Ut ratione pensionis non solutae non metuat sibi
imminere quaestionem Iohanni viro consulari etc.

7. Decet eorum vota maturitate reddere qui malunt utilitates publicas
continere. Nec patimur de damno proprio esse sollicitos, qui nos ad di-
spendia fecere securos. Tua igitur suggestione comperimus per illam inditio-
nem nostri praedia in Apulia provincia constituta v. i. d. atque illus-
tri honesto viro Thomati libellario titulo commisisse, sed eum male ad-
ministranda suscepta usque ad decem milia excepto solidorum de indicto-
nibus illa atque illa reliquatorem publicis rationibus exstitisse. Ac ma-
ioribus frequenter nostris admonitus debita reddere detestabili calliditate
neglexit. Et ne forte aliqua in posterum quaestio nasceretur publicis uti-
litatibus debitam quantitatem sub hac ratione satisfacere te velle testaris,
si forte praedia supradicti debitoris loco pignoris contradantur. Hinc est
quod desiderium tuum iusta ratione conceptum praesenti iussione firmamus,
primum ut nullam ex hac re nomine publico metuas quaestionem. Deinde sub
hac condicione forte universam substantiam, quam vel nunc tenet vel primo
tempore possidebat, cum certis rationibus obnoxius esse iam ceperat
Thomatis debitoribus adicimus, quam praedictam nostro nomine fixis titulis
securus venditari. Hoc tamen humanitatis intuitu relaxantes, ut usque
ad kalendas septembres spatium habeat reddendi debitam quantitatem.
Tunc tamen ad supradictum diem in pecuniam viro illustri comiti patrimonii
nostri quae debetur intulerit, facultates eius universas, sicut diximus, tuis
compendiis applicentur. Et tamen non credimus esse perdenti, qui nec ex toto
videtur amittere, quod te generum suum cognoscit acquisisse. Ita quod
potuit adipisci iure successionis, alia condicione possideat emptoris.

Ut sine corruptione et damno quorumlibet quadrati ad urbem
R. devehantur Anastasio etc.

8 Convenit sublimitatem tuam nostris iussionibus oboedientiae fervore
celeri secundam famulitate, quatinus ad effectum trahatur quod salubri
ordinatione disponitur. Moderate siquidem nomini commissa, sub re completa
prudentia et sine magnitudinis veneno delegate explicabili

pariter consilio. Atque ideo ad sententiam civitate simile exercendum te perpetuo destinare, ut sine tumultu contusione vel dampno quadrati. Ad Ravennam iam dicte urbe ex nostra iussione vehatur. Et nati et nostro desiderio gratulemur impleto et generalis vociferandi ampliter occasio etc. Ut in regione omnium communitas construat civitatem. Possessoribus Feltrinis etc.

Necessitas publice utilitatis multorum debet devotione compleri. Quia non decet paucos sustinere quod constat plurimis expedire, ne regia iussa tepescant, dum res utiles delegatur infirmis. In Tridentina igitur regione civitatem construi nostra precepit auctoritas. Sed quia territorii parvitas non potest magnitudinem operis sustinere, hoc sollicitudo nostra prospexit, ut acceptis mercedibus competentibus paraturam murorum omnes in commune subveniant. Qui in civitate vicinum nati accomodato communi solacio celerius impleatur quod paucis inexplicabile fortasse cognoscitur. Hac sane conditione definita ut nullus ab his oneribus excusetur. Unde nec divina domus excipitur. 9

Ut exercitui transeunti provideat ne fatiget penuria. Veranae saioni Theodricus Rex.

Cum deo iuvante procinctione generali felicissima producatur exercitus, providendum est ne aut ipsi incomposita fatigentur penuria, aut quod dici nefas est, vastatores incidant nostre provincie possessores. Primus enim prosperitatis gradus est suis non esse dispendio, ut pro quorum compendio laboramus, eorum non videamur afflixisse fortunas. Et ideo devotionem tuam presenti auctoritate delegamus, ut multitudinem Gepidarum, quam fecimus ad Gallias custodie causa properare, per Venetiam atque Liguriam sub omni facias moderatione transire, ne aliqua excedendi prebeatur occasio. Per unamquamque ebdomadam sumpta eis tres solidos largitas nostra direxit, ut illis cum provincialibus nostris non rapiendi votum, sed commercii sit facultas. Illud plane peritorum quoque laborantibus indulgentia nostra concedit ut si aut eorum carpenta in itinere longiore quassantur, aut animalia attrita languescunt, te custode atque mediante cum possessoribus sine aliqua oppressione mutentur, ut qui dantur sint corpore aut qualitate meliora quam sunt partis eorum cum animalibus accepisse, quia meta est vita eorum qui nimia fatigatione lassantur. Ita fit ut nec illic defit subvectio necessaria ut nullus se lesum tali 10

permutatione cognoscat etc. Gepidis deputat stipendia ad Gal-

11 Fuerat quidem dispositionis nostre etc. lias destinatis
ut nobis iter agentibus annonas mederemus expendi. sed
ne species ipse aut corrupte aut difficiles preberentur in auro vobis
tres solidos per ebdomadam eligimus destinare. Ut et mansiones
vobis prout herbarum copia suppetit possitis eligere. Et quod vobis
est aptum magis emere debeatis. Nec et possessori hec res offertur
facit, si nos in materia comparare cognoscit. Monete feliciter ita mode-
rati tale sit iter vestrum quale debet esse qui laborant pro salute
cunctorum etc. Exhortando consanguineum ad iusticiam
mandat ablata restitui Theobaldo etc.

12 Si iusticiam colere universos et amore propriam cupimus, quanto magis eos
qui nostra proximitate gloriantur. quos omnia decet pro laude
gerere, ut regie possint fulgorem consanguinitatis ostendere.
Hec est enim indubitata nobilitas que moribus probatur ornata
quia pulcrum est commodum fame perdens neglexisse lucra pecunie.
Argoliti itaque viri illustris et Amandiani viri clarissimi hereditas
supplicatione nobis aditione questi sunt. Palentianam massam, quam eis
pro compensatione largitas nostra transfuderat, ut tamquam arbitrarie
amissionem ac commoditate solaretur ab hominibus vestris nullius cause
astantibus indecore ablatam. et inde crevisse culpam per invasionis
vicium. Unde dare debuit glorie moderationis exemplum. Ideoque
si nullo mendacio asserta vitiantur magnitudo vestra que sunt ab-
lata restituat. Et si quid vobis credit posse competere ad comitatum
nostrum instructam mittere personam modis omnibus destinate. ut
civiliter placita causato finem de legibus sortiatur. Ubi enim
quicquid geritur invidie crimine potius applicatur. et maiora detri-
menta fame suscipis dum talia non vitare contendis. Hii autem
confligunt cause viribus pares. et sine derogatione qui libet
mediocritatis aditur quando teste iusticia superatur etc.

Ut exercitui annonas constitutas prebeat ne per provinciales
per exercitum penuriam sustinentes vastatione pergravarentur
Hentirpio Theo Rex

12 Studium veri reipublice grata mente debemus impendere quia
nos agnoscitis benevolis multa prestare. Nam pietatis ituru
sollicitudinem pollicemur. cum tamen pro vobis omnia inbeamus.
Atque ideo presenti iussione vos credimus ad monendos ut annonas

constitutas per vestrum exercitum dedit. Quapropter nec illi negligantur ad necessario
victo. nec provinciales per incuriam debeant granaria vastato. Commodius
enim sibi ex pensarum lege tenetur exercitus. quam si cuncta fuit vastare
permissus. Ignorat quodammodo servare praesumptio. nec potest sub modo
redigi. cui licentia fuit missa concedi. Quapropter consequatur exercitus
annonam deputatam. ne qua pars praedictam possit sustinere
molestiam etc. Ut considerata iustitia equalitate tributorum
modetur Severiano Theodoricus Rex

Iusticie ratio persuadet excedentes reprimere. ut ad cunctos possit equitatis IX
humanitas pervenire. Nam quemadmodum equalitas agitur
si vires mediocrium consurgere non sinantur. Sic profecto admittitur
tenuitas. nisi vires nobilium moderationis officio tendantur.
Provinciales itaque sepius dilatione comperimus possessores idoneos
quidem non solum tenuiorum praestare tributaria functionem in tenues
reliquisse fortunam. Comperimus etiam scelere commercio aliquid ex militis
suis applicare compendiis. ut fructuo publica commoditas sit privata.
Hoc quidem per plurimos desideravimus corrigi, sed factum nescimus
in tuam laudem mereri potuisse differri. Quapropter fides hereditaria ac-
ceptorum. quam post multos negligentes studium vestrum efficacissi-
me comprobatur. Atque ideo prudentia. qua notus es. omni sub pos-
sessore considerata iustitia te iubemus inspicere et equalitatem
tributi hac ratione moderari. ut que sibi aliis facta est omni rectifica-
tione cassata pro possessionum atque hominum qualitate assis publicus
imponatur. Sic enim et iustitia perficitur. et vires nostrorum provincia-
lium sublevantur. Eos autem quos sine iussione nostra censum impo-
suisse constiterit. et pro libito suo quorumdam onera in alios praeter
legum severitas inspectatur. Ut omnia illis detrimenta reparentur
quibus iniquo competente dampna fecerunt. Illud quoque comperimus
inquirendum. ut iudices defensores curiales et possessores illatorum
ratio vestigetur. Et quicquid ab octava indictione nuper exempta
pro tributariorum solidis se possessor probaverit intulisse. nec nostro
arcario constat illatum, aut in expensis necessariis, que in provincia
facte sunt, iusta ratione non claruerit erogatum. iniqua praesumptio mo-
dis omnibus corrigatur, Hanc quoque partem non estimes neglige-
ndam, ut si hoc quod tabularius a cubiculo nostro suscepit ratio
non docuerit expensum, ab iniusto retentatore reddatur. Quid enim
tam absurdum, quam ut liberalitas nostra qui omnibus proficere

volumus Nunc a pauciis furtis compendio confirmat Iudices quoque pro
vincie vel curiales atque defensores, tam de curpsi quam de aliis rebus illi
cita dicunt possessoribus irrogare dispendia Quod te perquirere et sub
ratione legum emendare censemus. Antiquum barbari qui romanis mu
lieribus elegerunt nuptiale federe sociari quocumque titulo predia quesierunt
fiscum possessi respicit persolvere ac super indictis oneribus parere cogantur
Iudex non romanus propter expensas metnalium que gravare pauperes sug
geruntur per annum in unumquodque municipium semel accedat Cui non
amplius quam triduane tribuatur annone per legum carmina fuerit
Maiores enim nostri decursus indictum non oneri sed compendio provin
cialibus esse voluerunt Domestici gotthorum nuncion et vicedomini aliqua pro
vincialibus contumaces terroribus abstulisse, quibus iustitia nostra in examina
tione reddatur. quidquid in hac parte inique gestum esse noveris amotis
dilationibus legali ordinatione His ergo ac talibus que ad utilitatem privatam
vel provinciales pertinent sub omni ratione discussis. ea te per omnia
volumus agere, que nostre magnitudini non debeant displicere Illud sane pru
dencia nostra respexit, ut omnibus ante spoliata atque equabili indagatione
competens poliptici iubeant absolvi Quatinus et testimonia fidei tue clamant
et nulla post hec que abrogari volumus semina fraudis iterentur etc.

Destinat presentem ad Gemellum itinere fatigati propterea iustitia
veniant ad curiam universis possessoribus in Gemina

17 Licet cunctis laborantibus comitatus noster concedat deo auxiliante iustitia
et habere subiectos remedia ad reliquas mundi partes. quasi a uno fo
te descendat Tamen frequenti aditione permoti ingeniosa pietate reperimus
et equitate vobis concedere. et fatigationem longi itineris abrogare. quia
dulciora sunt beneficia, que nullis difficultatibus obtinentur Quapropter itaque
illustrem et magnificentissimum virum Bucnerinum nostris institutionibus erudi
Ut hoc apud vos gerat quod vobis semper placuisse cognovit Vidit enim
quam honorabilis apud nos iustus habeatur, quemadmodum bonis actibus
clementia nostre serenitatis arrideat Exercet profecto. quod nos gratanter estimat
accipere Nec potest amari rapacitas continenti principi nulla ratione placi
tura persimilem ergo commoneat ad eum lesorum tumultus Super remedium
qualibet perpessus minima difficultate vobis querele submonemus Dum
commissa in ipsis criminalibus scelera fecerunt sine aliqua formidine pene alie
ni fuerit sarcina gravatus. exclamet acceptus. remedium quod de legibus
habeatur Hic enim confidimus, quia per eos quos instituta nostra com
ponunt innocentibus detrimenta non veniant Qua lia non permitte
nostra vel equalitate fuerit disponenda censimus oracula nostra, que
decernimus ad supradictum virum illustrem senerinum volgata declarabunt et
unusquisque Unde supplicare debeat evidenter agnoscat etc.

Habundantio de navigiis fabricandis etc.

Omnia utilia reipublice nostre semper consuetudine tractamus, et ob id omnibus 16
possunt esse gratissima, que iubemus, quia tunc est prefutura nostri temporis
Unum est tamen, quod principis desiderium nullis cristere debeat oncrosum
quam et si provide cogitata, non bene agantur imperfecta sunt Illud autem solum
nos pertinere dicimus, quod devolumtate simul et actione laudatur. Cum nostrum igitur
animum frequens cura pulsaret naves Italiam non habere, ubi tanta lignorum
copia suffragatur, ut aliis quoque provinciis expetita transmittat, deo no-
bis inspirante decrevimus mille interim dromones fabricandos assumere
qui et frumenta publica possint convehere et adversis navibus si necesse fuerit
obviare. Sed ante rei, quem desideramus effectum magnitudinis vestre
solicitudine credimus esse procurandum. Ideoque per universam Italiam directis
artificibus apta operi ligna perquirere et sicubi cupressos aut pinos rep-
pereris in vicinitate littoris dato competenti precio dominis succidant. Hec enim
tenti sunt que ad taxationem notent, cetera in vilitate pretii non indigent esti-
mari. Sed ne promissio nostra in medius conatibus deserta langueat nautarum
te iubemus sub hac moderatione, iam nunc competentem numerum diminutate
spicia procurare. Et si is qui nobis necessarius estimatur servus fuit alicuius
aut conducat enim classibus serviturus. Aut si ipse hoc magis elegit
accepto precio rationabili pro eo tradat proprio iura domini. Si vero libertate gau-
det electus a nobis solidos donativos et annonas se noverit accipere competent
eo non et illi tractandi sunt, qui a propriis dominis eximuntur, quando libertatis
genus est servire rectori frequenter enim labores patientes existunt, quibus
districti domini colla presserunt Ita tamen ut propter dictos naute arcarum
nomine per homini qualitate binos, aut ternos solidos aureos debeant sede pri-
pere, quatinus compensque cum fuerit admonitus paratus debeat inveniri
Piscatores non vero iubemus in hac diffinitione concludi, quia dolent
amittit, qui ad peruitas delicias possidentur, quando et alta consuetudo
est, et ventis frementibus occurrere et littora prospera sultare et c.

XVII Abundantio Theodericus rex de prosecutione inceptorum et c.

Placeret incumbendum est inchoatis, cum iam vicinitas perfectionis ar- 17
ripit, quando spes effectus tedium laboris excludit et magnum genus
incitamenti est cerne desiderata compleri. Audivimus quod magnitudinem
vestre ex italie littoribus officia nimium preparat nautarum. Et dromones
quos industria fabricare valuisset, magnus regnum promissa suscipet
electionem quod videns ostendisti, cum fuit indubitata perfecto efficatissimus
impasse quod quantum celeritas illico completum, quod vix credi po-
terat inchoatum, ut pene quanta velocitate navigari solet constructio
navium, tanta sit celeritate completa. Nec solum verba narrata sunt Obtu-
listi oculis subito classem plenam domos aquatiles exercituales pedes, qui
nullo labore deficiant, sed incolumes homines, ad destinata perducant.

Trireme vehiculum remorum tantum numerum prodens, sed hominum faci-
es diligenter abscondens. Hoc primum instituisse legimus Argonistas, quod ex-
armatis aptum et congruum probatur esse commerciis, ut quas per regna
classes optabamus aspicere nunc mittamus aliis provinciis et terrore
pariter et decorem. Vndasti rempublicam tua institutione reparatam. Non hab-
et quod Graecus nobis imputet, aut Afer insultet. Illud apud nos nunc i-
ngere respiciunt. Unde illi per magna spatia sua nota complebant
nunc praedictis rebus armenta procurate. Vela propone alarum alas navium
facientia lignum volatile, quod speciem currentium carinarum per iuncta merito
auxilia, cuncta nautarum, quorum beneficio consistunt ociosi, quod accelerari-
nibus vix probatur impleri. Hoc ipse tamen prima suspendit, cum per maria
Arpotitam filium suum audacter ferina pietate perquireret. Ita dum ma-
terna caritas suum desiderium festinat explere, mundo inusta est ignota re-
peritate. Atque ideo divino nobis auxilio suffragante, cum universis est hominum
vota perfici, proximo die iduum Iuniarum ad urbem Ravennatem con-
gregatio navium cuncta conveniat. Renatumque vos vicino sinu gaudentes
ad plenissimum perducatis effectum. Sed quia dromonum numerum nimium
Deo cupimus ampliari, si qua ligna fabricis eorum utteria per utramque
Padi ripas invenire poterint, nullo obsistente iubemus abscidi, quia
sine praeiudicio dominorum opus tam publicum volumus universa concedi. Mittet
Padus vir indigenas pelago naves, et quas ab eisdem fluentis maris
unda suscepit. Marmarum cumulos separare dispat undarum. Illud
etiam quam magnopere credimus amputandum, quod vestra suggestione
comperimus. Ne quis in fluminibus navigeris dominis tutoribus meatibus
vel in nimio ollio auferre antioberi, audeat fluminum alveos piscando
studio turpissima sepi concludere, et quae sunt praesumpta protinus aufe-
rantur, quia patet amplius in navium cursus, humano dispendio con-
fectis artibus delicias quaerere non commeatu rustico libertatem fluvii impedi-
re. Ne quod dici nefas est utilitati publicae voluptas videatur obstitisse
iiii privata re. De eodem Vuile comiti primonij Theodoricus Rex

18 Utilitas publica sicut ad consternatorem respicit omnium, ita decet profectis ac labo-
re cunctorum, quia magne laudis occasio est, si in tempore commune aliquid
compleverit videatur impleri. Efficit enim unde commendetur a reliquis
qui tamen et sibi profuisse cognoscit. Pridem quidem vobis iniunxisse meminimus
ut per domum vestram navigandi quaerentur artifices, quos Deo auxilian-
te promptos ad Ravennatem urbem die iduum Iuniarum praecipimus
incunctanter occurrere, ut adventus eorum ad constructionem navium
opportune videatur afferri, ne res divisae ignare sibi videantur aliquam
tarditatem. Et parum sit unam perficere, nisi contingat utramque procurare.
Si qua etiam per ripam fluminis Padi ligna fabricandis apta dromonibus
in praedictis regalibus poterint invenire artificibus, huic operi a magnifico
viro Abundantio praefecto praetorii deputatis abscidendi sit permissa licentia

Volumus cum hoc exemplum a nostris partibus inchoare, ut nulli gravis
sit iussio quae constringit et principem etc. **Committitur ei aliud officium**
denuo qui bene administravit in priori

Meliora sibi facit credi quisquis officiali iniuncta peregit, quia meri- 19
to dubitant illi aliquid committi, qui optime comprobatur. Et honesto
suffragium est sedi indicium documentum prioris. Atque ideo ordinatione ma-
gnificorum virorum Abundantii praefecti praetorio atque Wilie comitis patrimonii
ad illam provinciam te in Ravennis exercere. Ut tam de domo regia
quam in locis aliis dictantes secundum prius praecepta primos, navitas
ad urbem Ravennatem die idus Ianuarii deo auxiliante festinare
compellas. Renatur nulla tarditas, tam praeclaris iussionibus affe-
ratur. Cave ergo ne te venalitas maculet, aut neglectus turpis inclinat
Et tam magne rei supra te credentis pondere comprimaris si tantis
ac talibus rebus impar extiteris etc. **Provinciarum lignis ad**
naves fabricandas et ut sepes piscatorie in fluminibus navigia im-
pedientes destruantur. Gudinando Saioni Theodericus Rex

Per utramque Padi ripam reperti ligna compluribus fabricandis apta 20
dromonibus. Ideoque praesenti iussione delegamus, ut secundum
ordinationem magnificorum virorum Abundantii praefecti praetorio atque
Wilie comitis patrimonii ad loca designata cum artificibus imminentibus
accedas, et sive in domo regia, sive in privata reperta fuerint, sine tardi-
tate aliqua facias parari. Erit nulli grave credimus probe moto-
modum, quod pro communi utilitate, auxiliante domino paratur. Per
ita volumus te iniuncta peragere, ut nec ad ledendum possessorem
studiose videatur inquiri, sed tantum utilitatibus publicis tanta quae sunt ne-
cessaria praeparentur. Non exigatur aliquid a domino, quod postea
pro te non dicatur acceptum, ligna silvestria in Ravennis credi, non aliquid
de alienis facultatibus violenter aspici. Talia nobis proponunt qualia
nostros gravare non possunt, quae si tanta prius non exigerent illa se credent
non habere. In Mincio Ollio Ansere Tiberi et Anzo fluminibus, comperimus
quosdam sepibus totum fluvius qui cum ad navigandi studium pertinet im-
pedisse. Quod te volumus ordinatione magnifici viri Abundantii praefecti
praetorio modis omnibus amputare. Ut nec tale aliquid permittas quemquam
ultra praesumere, sed inviolati alvei tractus navibus relinquatur, ex ripis
dantur cum retibus non sepibus esse piscandum. Nam sunt quoque dete-
stabilis aviditas proditur, ut sibi tantum festinet includere quantum admit-
tere poterat pervenire etc. **Constituit eum medice curie exhortando**
et instruendo Capuano viro sublimi Theodericus Rex

Si te tironem militiam nostram delegissent, si ad examinis tentamina venisses, 21
incognitus monendum estimaremus, qualitate prudentia, quo te de-
tineres, sed omni credis intelligentiam esse virtutum, quia exerci meministi

Simulitia Liuariu Estimas cui qua te decus modestia contine qui alieni viri
es vota negotii peregisse Nam si te meditis prospicio sena tetigisse lau
dando iustitiam lenem ac penetrabili remedio eius animum corrigebas obti
nens sciam per suasione quod superiori no potuisses impone Cuius go
dubitat illa te diligere que constat vote te pu ta suasisse professa
bona non henetur ambigua nec cuiusquam acquiescit ingeniu ubi qd
ipse potuit emerits ab aliis exquam indeatur indis credere prolati docu
menti fidem si litima vote poscebas examinans si retinerent incorrupta
sermonia veritatem Iudex nunc exhibe quod te volebas apud alios obti
nere Age ne tua t obiciatur oro quia pondus est pudoris gravissi
ssa vote condenti Esunic go auctore deo recturus de curar humanoru
actiu verissimu testem securitate possidentium pu te fidi splendissimu
templum Unde tur t laudis acquitur quitore illic utilitas incorrupta
servatur Veniat t spectus seculis decedentium voluntas timeant in poste
ros iudicia parentum. securius tuus senectur om quos alii honores habeant
et tribulos fastes, tibi inte humane gratissim indeant militare
custodes Ubi enim absolutos sunt hom, vincula causare, cathena liti
carcer furoris Decepno vocitus dicent, vates mantuanus Clauduntur
lites porte furor impius intus inclusus fremit horrida ore cruento
Decurialis q bita inito estimatione diligito, quia no decet tante u
bi id appellare quod inle est Maiores etiam natu vote cu sunt inte
sua, fictus tot patribus senior, tantis tacentibus vox senatus Vide quid
dignitatis accepis ut inter tot eloquentes viros sis dicendi primarius
quos esse credendos nos etiam profitemur Assume go contendere que
iubemus prestare que credimus ut illis apperias ianuas curie quos
nostra electio aulam inspicit libertatis intrare etc.

De laude inditam Senatui urbis Rome etc.

22 Licet tante semper eligendus sit, qui nobis mittitur approbandus
quia ipse magis traditur examini, cuius sententia noscitur prolati pensi
illas tamen prudentibus viris sociari cupimus, dignitates que ro
manis artibus qui gemine nobiles affigunt Ubi enim dignus elogiis
qui in civitate perficit livarum Ut ibi declaret genitum ubi invenit
ingenium Aptum est omne bonum locis suis et laudabilia queque sordescunt
nisi sede congrua potiantur Elegerunt pugna valida manus desiderat
magnificum pectus animosum Sic sermonia vera fide propositum sit cuncta facun
da disertum Multa go deliberatione pensandus esse credit qui consortio
nostris sensibus offeratur Capnam go spectabilem virum estimatio no
stra respexit qui tunc nostre sententiam maioris natu cuncte facundius ederet
et senatus sermonia consuete puritate servaret Ut actus illos mundo celeber
rimus sua reddat integritate laudandos Magnum munus est patres conscripti
ad integritate diligi nec mediocre probatur constantia cui commissa e vitas se
culorum Nam si probatur testis qui in parvi negocio vera dixit qua laude

tenseri potest, qui tunc temporibus ceca tui sic mittit. Sed quoniam alumpni | studiorum gestu et certamina
nostri licet cuncta gloriosissima, iuvat magis illa repetere que omni con-
sensu possit agnoscere. Id est semper electa quedam sermonum gratia blan-
ditur auribus quietem trahit, utitur prosperitate facundie quale de-
pura decet conscientia emanare. Est enim quoddam speculum mentis agentis
oratio, nec vanis potest esse quieti testimonium, quam qualitas inspec-
ta verborum. Nam ut eius ipsa describamus, patitur in simplicibus
rebus lingue retinaculum. Huius eo tamen tenentur, cum poscat. Et hec ille
ad quem datum est providente natura. Ut que prioribus hesitate indicas
eloquentie in certaminibus obstupescas. Illa iam memoria, que oratorum the-
saurus, nunc notatur, tenuita in eum firmitate consedit, ut semel audita
recepto apud eum putes esse recondita. Magnum huiusmodi oblivionis ne-
scire defectum. Et quedam similitudo nature celestium est tempore decursa
semper habere presentia. Que huic iam declaramus, ut cognoscatis subiectorum g-
ratias nos habere virtutes. Et iudicium nostrum non pro transitorio votum, sed per
electionis studium doceamus esse conceptum. Huius ergo presens conscripti Ca-
pnam tot bonis dotatum apud inditione decurrat redem esse perpi-
mus. Maiores etiam natu ante sibi eius Ut qui se immoris mor-
tuum maturitate tractavit, quod est amplissimum venientie genus i voto
ordine etatis honore gratuletur. Augebit eloquentiam officio meliore
ditatus, qui multo facundior est, qui suam dicitur, qui ille qui suppli-
cat, libertas verba mittit copiam motus aut frequenter incipit. Actus
quoque ipse longe dissimilis, ut qui pridem assistebat, etiam mediocri-
bus humilibus quam fortunis, nunc introducatur vere tunc consulares etc.

Ut sagittariis ad exercitum euntibus provideant de annonis

Aliarem rationem nostre cum sagit etc. Habundanto proposito | zz
tarum ad illustrem virum comitem Williamum estimavimus esse dige-
rendum, Ut vanis pro inde robur duplicatis exitus, et ostendent
iuvenes nostri bellis, quod in gimnasio didicere virtutis. Schola mar-
tia mittat exercitum pugnaturos lucido, qui se exercere consuevit, in otio.
Atque iam illustrem magnitudinem tuam eis annonas, et naugia secundum
consuetudinem prebere censemus, qualiter iuvante deo quo directi sunt de-
beant pervenire. Rere enim solicitudini damus maximum efficaciam in-
sionum, quam nullatenus destitui posse credimus, quando iuvante deo
tuis orationibus inchoatur etc. Si Johanne mortuo nullus
heres proximus successit ex tunc bona sua comitat ad fiscum
Epistanie consulari provintie etc.

Iohannia Andree quondam iugali suo successisse leges commune prohibent | zzx
que intestata nullis existentibus proximis lite dicitur esse prenata, cuius
substantia, admissi nullo legittimo iure successores, vix suspicatur volunt aliam suggit
possidere. Et quia caduca bona fisco nostro competere, legum instituta decernunt.
Ideo te presentibus oraculis ammonemus, Ut huius rei veritate discussa, si re vera

participatoē susceptus Aliis eñ pecunie pri te pretorianum comit
timo Aliis causas concedimus audiendas Aliis primorum nro
rum delegamus Questuram toto corde recipimus, quam nre lin
gwe vocem esse censemus, Hec nostris cogitatoinibus necesso fa
miliaris applicatur, ut pprie dicere possit, quod nos sentire cognoscit
arbitrium sue voluntatis deponit Et ita mentis nostre uelle
suscipit, ut a nobis magis, quam ab eo putetur exisse quod loquitur
O quam arduum est subiectum, uerba dominantis assumere, loqui
posse, quod nrm credatur ppositum Et prouectum in decore
pri. tū glosam redde mitatem Considerate quid ponderis habeat
pait et decoris, si quid dubitamus, a questore requirimus, qui est
thezaurus pri te fame, armarium legum paratus semper ad subitum
Et ut ait Tullius mgr eloquentie Nichil pstabilius uidetur
quam posse dicendo tentatis homi mentes allicere Voluntates
impellere impellere quo velit Unde aut velit deducere Nam
si oratoris est pprium grauiter et ornate dicere, ut possit animos iudicum
commouere, quanto facundior debz esse qui ore principis pplos nostri
admonere, ut recta diligant, peruersa contempnant Bonos sine fine
laudent, pessimos vehementer arguant Ut pene sit feriata districtio
ubi prevalet eloquentie fortitudo sit imitator prudentissimus antiquorum
mores et alienos corrigat, et suos debita integritate custodiat Ta
lem demiqz oportet esse questorem, qualem portare principis decet
imaginem Nam si nos ut assolet causas gestis audire contingat

que auctoritas etiam lingwe, que sub oculis regalis gemini possit impleri
Adesse debet praeterea iuris cautela sermonis Ut nemo debeat reprehendere
quod principem constiterit censuisse Opus est praeterea animi firmitate, ut
a iustitie tramite, nullis muneribus, nullis terroribus auferatur. Nam
pro equitate servanda, et nobis patimur contradici, cui etiam oportet
obediri Sed inde tantum doctrine deferas, quatenus probabiliter omnia
perquisita exponas Alie quippe dignitates assessorum
solatia quesierunt Ista non dignitas principi consilia subministrat
Atque ideo prudentie et eloquentie tue fama provocati questuram
et gloriam litterarum familiaritatis exemplum genitricem omnium dignita-
tum conscientie domicilium virtutum omnium sedem, per illam indictionem
deo prestante concedimus, ut sic agas quemadmodum te parem rebus
predictis esse contendas Ad te enim provincie sua vota transmittunt
A te senatus iuris querit auxilium A te docti probantur expetere quod
noverant, et necesse est te omnibus sufficere, quitos a nobis contigit
legum remedia postulare Sed cum omnia postulare hec feceris.
nullis elationibus efferaris, nulla moderatus invidia alienis
calamitatibus non leteris Nam quod odiosum est principi, non
potest convenire questori Ex te pietatem principis conditorem subiecti
sit ore nostro glorificatus eloquio, ut te tamen eorum credas nobis indi-
cibus redditum Ubi aut culpabilis vicissitudinem recipit, aut bonus
compositi gloriam laudatus acquirit etc. **Formula magistrie dignitatis** 6

Iucundum honorem sumit, quisquis magistri nomen accepit.
Rema hec nobilium scholis deputata venit, et cui nomine cogno-
scitur quid sit de moribus estimandus Ad eum nimirum pallacii
pertinet disciplina Ipse insolentium scolarium mores precipites mo-
derationis sue freno prospere dissenat, tam multi ordines sine con-
fusione aliqua componuntur Et ipse sustinet omnes omnium, que habe-
tur ba districtum, sic nominis sui gravitate perfunctus, ornat actibus
principatum, per eum senator veniens nostris presentatur obtutibus
Admonet detentum omnia decamus audire Aspectus regii trepidum
componit loquentem, sua qui etiam verba solet inserere, ut nos de-
centi omnia deceamus audire Aspectus regii habent invitus primus sor
collocutionis nostre gloriosus donator aulici consistorii, sic quidam
lucifer Nam sicut ille venturum diem premittit, sic iste desiderantibus
aspectum nostre serenitatis attribuit Cancellorum preterea maximarum prodi

in eius audientie finibus optima securitate reponimus. Ut eius curis
fidelibus sublevati, utilitatibus publicis vivacius occupemur. Decer-
dorum qui etiam opportuna velocitate quorum status semper in cursu d-
diligentie sine districtione custodit, ut sollicitudinis nostras, quas con-
silio innat, beneficio celeritatis expediat. Per eum exteris gentibus ad
laudem reipublice nostra ordinatur humanitas. Et volentes red-
mit, quos venientes excepit. Per eum quippe nobis legatorum
quorumvis festinatum promitiatur adventus. Per eum nominis
nostri destinatur evectio. Et isti principaliter creditur, quod tam ne-
cessarium esse sentitur. Huius etiam laboribus existimat potestatem
maximam hanc decrevit antiquitas. Ut nemo iudicum per pro-
vintias fasces assumeret, nisi hoc et ipse fieri decrevisset. Sub diu-
eius arbitrio aliena iudicia, ut ad ipsum rediret, quod alter nisus
est presumpsisse. Molestias quidem non habet exigende pecunie, sed late
bono fruitur potestatis incepte. Credo ex diversis titulis deflorarentur
dignitas ad levamen principis instituta. Per curatores etiam
victualium rerum in urbe regia propria voluntate constituit, et tamen
utcumque rei iudicem facit. Ipse enim gaudium populis. Ipse nostris
temporibus prestat ornatum renovando tales viros tempore publice preficit,
ut plebs querula seditionem habere non debeat satiata. Officium ve-
ro eius tanta prerogativa genium decoratur, ut militie perfunctus
muneribus ornetur nomine principatus. Miroque modo inter pretoria-
nas cohortes, et urbane prefecture milites videantur minus esse
primatum, agminibus hic humile solvebatur obsequium. Sic in sermone
magni hominis convinsticia quedam a legibus venit, dum alicuius
excubiis proponitur qui militasse alibi declaratur. Admitior etiam
magistri nostris putatur obtutibus, ut contraria sorte beneficium nos
eligamus eius presidium, qui nobis prestat fidele solatium. Hanc
igitur dignitatem tot titulis decoratam, tot insignibus opulentam
per indictionem illam gubernandam et congrua gravitate committimus,
ut omnia que gesseris magistri fecisse videaris, quia meritis moribus
respondent reliquint, si quod absit a tanta maturitate peccetur.

Formula comitive sacrarum largitionum

Grata sunt omnino nomina que designant protinus actiones,
1 qui tota ambiguitas audiendi tollitur, ubi in vocabulo in-
cluditur, quod geratur. Donis enim presidere regalibus con-
tinua sacrarum largitionum iudicia rerum verba testantur, quod

Sextus

ve decorum Hec fuit omnimode exquisitum in donore regalium
parte sequestrata fuisse dignitate, et alternis honorem dicere dum
nos constet dona conferre actus innocens pietatis officium illud spar
gere unde se fama principis possit augere. Magna est profecto
felicitas regalibus militare donis, et dignitate frui de publica
largitate. Alii iudices obtemperant regendis utilitatibus regnatoris
hec sola est que tamen servit admonita pietatis. Rex enim piratas
districtum geritur, nil severum forte censetur, sed tunc obsequimur
quando pro nobis vota fundimus. Exemplum per te fortunas et
cunctis kalendis ianuariis affatim dona largimur, et letitia
publica militia tua est. Cum hanc liberalitatem nostram alio deco
ras obsequio, ut figura vultus nostri metallis usualibus imprimatur
Monetam facis quam fatis nostris temporibus futura secula commo
neantur. O magna inventa prudentium. O laudabilia instituta
maiorum. Ut et imago principis subiectos videtur pascere per com
mercium quorum consilia convigilare non desinunt pro salute cunctorum
sed huic ut ita dixerim communicare dignitati per donum largitatis
nostre primo felicitatis indicium, litterarum quoque primitias adiungimus
Ut per te decennis honores, per quod et nostre pertinent conferimus lar
gitates. Multo quando et simili gratia utrique prestantur. Et ab uno
debuerunt iudice geri, que pari videntur laude compingi. Quare
quamvis quod provinciarum iudices tunc subiacebant dignitati, tuis
quoque potestatibus cartarum confirmas officium. Nemo perfectum non credit
nisi quod fuit pro solempnitate completum. Vestis quoque sacra
tibi antiquitus noscitur fuisse commissa. Ut quod ad splendorem
regum pertinet, tuis etiam ordinationibus obediret. Civitas quoque
litorum ad venientia lucri promissiones communes negotiatores quos
humane vite constat necessarios huic probati manifestum est esse
subiectos. Nam quicquid in vestibus, quicquid in ere, quicquid
in argento, quicquid in gemmis precipuum humana potest
ambitio tuis ordinationibus obsecundat, et admodum tuum
consilium, que de extremis mundi partibus advenerunt. Talis
quoque continuo inter vestes sericas et preciosissimas margaritas non
inepte te deputavit antiquitas. Ut sapientiam tuam evidenter
ostendere, cui talis species deputata serviret. Murice pillas modico

comitiue sacrarum et primiceriatus ẽ conferimus dignitatem. Ut multis laudibus decorari possis, qui honorum summitate perfungeris quarte ius solempnibus titulis tuis, et signum ẽ de antiquo priuilegio uestis abstulit, pro summa cete quem uindicare debeas dereliquisti. quia duarum dignitatum gloria simul curra, sed et labo riosa tibi ẽ commissa custodia, que ẽ copiosum fructum decoris afferunt, si probis moribus excolantur etc. **Formula comitiue priuatarum** etc.

Comitiua priuatarum sicut nominis ipsius sentitur insonare uocabulum per rebus uram quondam principum priuatam fertur gubernasse substantiam. Et quia minoris fastigii esse non poterat nisi homines extremis condicionibus inclinatos. Alios quoque titulos pro magna blanditione suscepit. Nec dignitas Latialis tantum tantummodo iudicatur habere cum famulis, sed urbanis actibus tunc se felicius occupauit. postquam aggressa est causas et tenere cognitionem. Quod enim presens facerit nisi seruos inter presentia, qui personam legibus non habebant. Nullus ibi advocatus aderat. Non se partes solempni actione pulsabant. Erat securitatis impolita condicione infirmum, et appellati ab omne iudicio ubi non allegabant apud dicta prudentium. Continuit dignitas libertorum causas et ... pro uace habetur. Committitur tibi contra nephanas libidines, et humani generis improbos appetitus, qui parenti publico decreta custodia est. Ne quis se probrosa commixtione polluerit. Dum uicino sanguini reuerentiam non habet. Grauitas enim pru[den]tia proximitatis sanctitate et concionis grauiam uaria estimatione discernit, quia longe aliud debet proximitati nec, quam corporali possimus indulgere licentie. Contra hos eligeris uindex et contines inquisitor. Sic dum talia probra persequeris conseruas pretiosa castitatis defunctorum qui etiam sacram quietem equabilia intra tue constitie commiserunt. Ne quis uestita marmoribus sepultura nudaret. Ne quis columpnarum decorem irreligiosa temeritate uastare presumeret. Ne quis fustare cineres alienos, aut longinquitate temporis. Aut morati flamma consumptos scelerata perscrutatione detergeret. Ne corpus quod semel reliquerat mundanas molestias, humanas iterum patetur insidias. Nam et si cadauera furta non sentiunt, ab omni impietate alienus esse demonstratur, qui aliquid mortuis abrogasse inuatur. Uide que ẽ commissa sunt castitas uiuentium et securitas mortuorum. Habebas quoque per prouincias de perpetuario iure fabulorum non minimam quantitatem. Canonicarios digi possessores ad mones et cum aliis iudicibus non modica intra partiris. Caduca bona non sinis esse uacantia. Ita quod uix compa rator potuit inuadere, tu fiscum nostri facis inscii compendiis obtinere. Priores defunctorum nobis legales anponis, quia in hoc casu principis persona post omnes est. Sed hec optamus non acquirere, dum ... sint, qui relicta debeant possidere. Repositione quoque petimus que longa uetustate ...

domos amiserunt, inquisitione tua iure applicitatur erariis. Ut qui pa-
rentes patrimonium possidere, aliena nobis dant libenter officia sine dampno
siquidem inventa prodit, qui ipsa non amittit. Proinde quod felicibus applicitur
auspiciis, per indictionem illam comitive privatarum te honore decoramus, quam
leges perfectissimas quoque parte esse decreverunt. Est enim et ipsa aulica potestas palacio
nostro iure tenenda, quam tu facies ultra terminos suos crescere, si susceptam
constanter exerceas dignitatem etc. **Formula Comitive primiceriorum**

Antique consuetudinis ratio persuadet curtis nostris illos imbuere, qui le-
ge posita transmissas acceperunt dignitates. Ut quos non poteramus
presentes instruere, lecto probabilius commonere. Sed te quem ad primiceriatus nostri
curas regalis defloravit electio non destinatis preceptionibus instruimus, quem
operi collocutionis serenissime principalis presentia erudimus. Confabulatores
siquidem nostre certum est instrumenta iusticie, quando illud cum nobis esse
perspexeris, quod et divinis potest convenire mandatis. Primiceriorum siquidem
nostrorum pro sublevandis privatorum fortunis et creditorum non pro mendicis. Ideo
tranquillitatis iure rem iuste considerans quoddam regie domus fa-
milis providendo humilitatem imponis. Propositas quippe utilitates inop-
bet domus quo quo modo initium venditare. Ceterum qui bone fame
studet cognoscitur, nos semper medio plus cognatur. Insolens libertatis
genus est rusticorum, qui voluntaria esse licere putant adeo ut quod cum imag-
ditantur superbiam pertunc. Esto igitur illis cum certa potencia moderatus, te
patientiam solis damnis, cui posse concedimus. Considerata suscepta dignitas
quo debeat splendere tractatam, per quam super ceteros iudices familiaritate
nostre principis meruisti. Nam sicut sol ortus corporum colores fugata noc-
te detexit, ita sensus morum tuorum qualitas assidue nostro principe non celabit.
Mens tua et oculis nostris probabitur et auribus in vultu, et in nocte co-
gnoscimus serenitatis mores, si facies tranquilla, si nox modulata suggessit
credas esse probatissimas causas. Nequaquam enim turbulentum devinctum iusticiam
non putamus. Nam qui perscribit loqui cum dominantes examinen. qui ne-
queunt proprias tegere voluntates, qui suas putant proferre sermones. Spe-
culum siquidem cordis hominum verba sunt. Dum illud cuique moribus
placere credit, quod sibi ipse ad agendum elegisse miratur. Superbus quem
etiam varietatis gressibus per totum diu fervore laudum declaratur. Sub-
dolus terrenum semper amat aspectum, leves inconstantia prodit oculorum. Avarus
obiectis unguibus explanat. Aristoteles denique quoque qualis est talia (Auar)
dicit et operatur, et vivit. Et ideo ad quas pervecti estis studete virtutibus
Rema nemo potest principe fallere qui etiam rerum naturalium causas in nobis
optime probatur inquirere. Nam ad comitivam primiceriorum nostri te per indictionem
illam deo iuvante promovemus, ut in amatis iudices palacia nostra

testentur, quem nos iudicamus esse promeritum. Quod cum maius tam-
as, quando si te linguas nobilium laudare cognoscas, qui alibi forte iudices
formidaverint iniustos. Hic ubi remedium prius petitur, redempta summa non
timetur, quinimmo querimonias possessorum sine veniali praestitutione distinguere. Omne
siquidem iustum fidelitatis commodo transit ad beneficium. Et quod debito
redditur, tali gratia cumque putatur. Possessiones nostre, quod vel que sunt
immobiles, non egrediantur terminos constitutos, ne conditione contraria, quod
non potest moveri, malis moribus contingat extendi. Trade etiam militi-
bus tuis, quam sectari diligis, animi castitatem. Cum ille merito per diti(onem) suam
quo non probatur excedi. Crescit igitur auctore deo concesso tibi felicitatis
privilegio dignitatis, incitet te ad bonorum desiderandum id saepissime, quod
iudicas. Cuncta in his quae feceris iudex et testis es. Nam et si epulas
nostras sollicita ordinatione disponas, non solum nostro palatio clarus, sed et
gentibus notus es. Redderis eximius. Legati enim paene ex tota orbis parte
venientes, cum nostris ceperint interesse conviviis, admirantur copiose repertum
quod in patria sua noverint esse rarissimum. Stupent etiam abundantiam convi-
vii mense tantas posse turbas servientium satiare, ut iudicet consumpta recre-
ari. Unde tante copie probantur exire. Sunt nimirum in sua patria
quod loquantur, dum parentibus suis dicere gestiunt, quae viderunt.
Sic iste modum in toto mundo celeberrimus redditur, qui promoveris nostris
apparatibus conveniunt. Adde quod tempora nostre leticie secreta tua sunt, cum
pectus redditur curis alienum, et tunc libertas sumitur suggerendi locus, qui cuncti
admittitur. Et cum ito ut qui es iudex tanti apparatus, velut epulatorum
delicatissimus cibus amicus tibi regia concedatur. ex

Formula qua proceres fiunt de dignitatibus vacantis conferendis

Periclitarentur graviter boni mores, si aut solis divitibus, aut corpore
valentibus praestarentur tantum modo dignitates. Dum multos invenimus
excubias palatii fugere, qui magis possunt laudabili conversatione ful-
gere. Multis enim facultatibus facultas parva non sufficit ad triumphum.
Multis philosophantibus corporis valitudo subtrahitur, et fit plerumque
ut sapientes virum veritati iactant, si semper homines ad honores con-
tinenti observatione perveniant. Clarum est enim multa cum consue-
tum omnibus dicat regnantis pietas subvenire. Quid si expensas con-
sulatus pauper nobilis expavescit? Quid si sapiens clamis praefecture negotii
praesentis molestias? Quid si pondera questure affluens lingua formidet?
Quid si religionis fasces molestiarum tedio plus forte nitentur quam militis?
Nonne si [?] viri talia fugiant, in verecundiam nostre mansuetu-
dinis quandam repulsam suscipiunt dignitates. Est non iustum et bono prin-
cipi inremuneratum in celis relinquere, quod fecit natura laudabile.
Sapiens est quae honores metuit, totum aliud extrinsecus venit, sola est pru-
dentia, quae rebus omnibus praeponitur, quando in homine feliciter invenitur.

Spectus

Dit aput nos et fortunis integerrimus consularis, sint et sine labore primates
habeant exercitia prima sua. Sed et iste honorabilis locus sit qui tantum militie
comparatur. Neque enim absurde leges sacratissime censuerunt eos, quos bone
opinionis fama commendat, codicillis vacantibus tales querere primitates
quos et si facultas in tanti honoris appetitu desereret, votis conscientia non relaxaret
animandi sunt ad talia, qui de sua videbantur desperare fortuna. Hoc
et validissimus ad labores, hoc et imbecillis torpere meretur ad laudes. Ita
omnes sub dignitate perditantur, quos huiusmodi honoris votum amplectitur, et ma-
gis nostris quid amplius muti extorsisse creditur, qui rei laboratam ordo suis
meruisse sentitur. Atque ideo presentibus codicillis ab illa indictione illud te propria
dignitate descendit. Et considerata ratione presentis temporis adepti honoris ordine
potiaris. Ita tamen ut illi modis omnibus preferantur, qui sudore maioris
nostris aspectibus affuerint. Iniquum est enim ne unum tedat initium duobus
emeritum. Alioquin omnes ad quietas presentium currere dignitates, si laborantes
ordinis minime preferantur. Consequuntur illa qui presunt, ne nobis desint illa
que cedimus. Sic utraque gratia concitati, et illi ad palatia nostra festinare
potuerunt, et vos optati honoris gaudia comitantur etc.

Formula Illustratus

Constat felicem esse rempublicam que multis honoribus resplendet 11
ornata. Nam sicut celum stellis redditur clarum, sic relucent urbes
lumine dignitatum. Non quia fiat homo aliud adeptus honoribus, sed
quia modestior efficitur, cum proprio conversationis ordo melior postulatur. Quis
enim opinionem suam inculpabilem tractare nolit, qui se propria ad laudes electum
esse cognoscit. Illum significant honores glorificant, que commendat et vita.
Nam malo instituto vivere, nec principi fas est, qui et de illo populo
occulte potest dicere, cui mores suos palam nullus ausus est imputare. Ca-
pe igitur proside ac laboribus tuis comitive domesticorum illustratum vaca-
tem, ut et tuis honoribus decoratus appareas, et quod est dulcissimum
meritis bonis in gremio propriis utilitatibus occuperis. Quid est enim fortu-
natius, quam agrum colere, et in urbe lucere, ubi opus proprium delectat
auctorem. Nec aliquid fallendo conquiritur. Cum labore suam horrea
cumulantur. Una propter nos credimus dedimus delectabilem honorem, tu
conversationis modestia associa dignitatem. Nam utraque sibi commixta
sunt. Cum pendet ex altero. Non coalescunt sparsa semina, nisi et terre
qualitas fuit optata. Habitus messem de nostra gratia copiosam, si acce-
ditia nostra cognoverimus optime fuisse tractata etc. 12

Formula comitive primi ordinis

Aliquid quidem et nunc vites ultimi videtur habere gemmarum pro te utili-
tatis probis actionibus occupari. Sed quanto felicius honore splendidu

animi et cogitationum molestias non habere. Interdum enim assiduis laboribus et ipsas
invisas faciunt dignitates. Quam imbecillitas humana cito solet sustinere
fastidia, et quod prius ambisse creditur, postea mutare velle sentitur. Sed
hoc multo praestantius adesse conspectibus regnis, et abesse molestiis.
Otium habere loci, et molestias mutare discedendi. Dulce est aliquid sic mereri
ut nulla possit anxietate turbari. Quam multo gratius redditur, ubi
prosperitas sola gaudia sentiuntur. Sit igitur honor, qui te respicit otiosa re-
muneratione prestitum, quem plurimis laborantibus antiqua nostri proponere
collatus. Et rectores provinciarum cum actione laudatos, vix ad hoc
culmine adducunt, quibus confitebantur plurima se debere. Consiliarii quoque
praefectorum consiliarii clarissimi, dictatores praecipui, qui in illo actu amplissime
praefecture sic videntur exercere facundiam, ut ad utilitates publicas ex-
pediendas altam credas esse quaestuam. Unde frequenter et nos iudices
assumimus. Summa eos doctissimos comprobamus. Recognosco de tali honore
senciatur agnosce, qui perfecti in pro tot laudibus institutis huius
provocemur prima dignitatis. Et unito cum tanta pompa reditur, que
senatorum quoque ordinis splendore censetur. Spectabilitas clara et consisto-
rio nostro dignissima, quae inter illustres ingreditur, inter proceres adno-
tatur. Otiosis cingulo honore praemitta dignitas, quae nullum novit offen-
dere, nullum cognoscitur ingravare, et sic omnia bona continet, nescit
invidia. Quo circa pronotati moribus tuis comitivam te primi ordinis
ab illa inchoatione maiestatis favore largimur. Ut consistorium nostrum
sic togatus ingrederis, ita moribus induti exornes. Nam unique ho-
nor est illustribus. Quem aliis mediis non habetur. Delectet te illos imi-
tari, quos proximitate contingis, tu te locum amplum et honorabiliter
facis, si te moderata conversatione tractamus. Admoneat te etiam, quod su-
scepta dignitas primi ordinis appellatione censetur utique, quod te sequuntur
omnes, qui spectabilitatis decorantur honore. Sed vide ne quis te praecedat
opinione, qui sequitur dignitate. Alioquin grave pondus invidie est
splendere cinguli claritate, et morum lampade non lucere. Et cetera.

Formula de referendis in senatu

Si honor otiosis defertur frequentius, si natalium aut nobilitas
eligitur, aut ad promovendum aliquid personae tantum gratia suffragatur,
quo studio remunerandi sunt, qui ad agonis sui praemia pervenerunt.
Considerandum est quali labore servitum sit, et ita de remunerationis
praemio cogitandum. Harum quippe rerum mensura de consilio venit. Quam
tale obedientibus dari debet, quale in inde notis potuit esse periculum.
Verendia sunt quae sustinent, exturbantes personas contumaces ad parendum
cogunt, latentes in cubilibus suis prudenti sagacitate vestigant, sub
modestia aequalitatem componunt. Ita quod a videntibus breviter dicitur applis

cessitatis familiaritate completur Notum est quod plerique sustineant Qui ad causas mittunt alienas Dum sequimus agat petitor queritur Reus districtus pulsatus vociferat, sit merito utrumque diversum rara laus est invenisse pro omnium dignitatum pace salva dicamus facilius est laudatum invenire, quam militie munera sine offensione complere Aliud est dicere tamen licentia. aliud ad terminum deduxisse instituta laudabilia quod bonum dicitur, sed multo gloriosius statuta complentur Verba tamen dignitatibus assiduus A militibus autem postulatur effectus, per omnia periculis dum constricti aliquid verisimile conquiratur, frequenter nocuit aliis, ipsa quoque integritas actionis Nam multos quos in executione contristare sunt visi ipsos postea imperiosos iudices pertulerunt Offendunt enim frequenter ignari quibus sunt peccata pariturum, et dum tantum alienis fidem custodiunt merito periculum pro se salutis incurrunt Recte in hec militie evasisse laudatur Nomine iuste videtur esse inaclm Talibus quod militie vicissitudo reddenda est, et nimio torpentes labore indultis compensationibus mitigemus Recte igitur confidenter quicquid veteranis iura concessita tribuerunt Nulli sordido subiacendo onori, qui te purissima conversatione tractasti honore te etiam reverendorum in senatu que tali militia perfunctis curia deputavit antiquitas, secundum statuta dominalia venditabis Hec quoque prestorum beneficio consequeris, sed nostri nominis contra incivilis impetus, et queque talia detrimenta, perenni tuitione vallaris Ut officium quod nostris in ipsis omnibus spirituali sollicitudine famulatum est, aliquid amplius potuisse mereri, pro militibus ceteris videatur, multa quoque decem librarum auri percellendum esse censemus Si quis statuta nostra contra te qualibet crediderit violanda, nec tamen aliquid contra te valere permittimus, quod dolosa fuerit machinatione temptatum etc. 12

Formula magistri scrinii

Optamus quidem curiam senatus amplissimi naturali fecunditate compleri, sobolemque eius tamen crescere Ut quod difficillimum amplitatis genus est nota videatur satiare parentum, sed minus amate est non aliquid amplius querere Unde tamen numerum possit augere Agricola diligens provenienti ad invat imbrem celestem, et ante rigat plantaria qui plurimas inveniant optatas arborum qui etiam fetus meliorare contendens diversi generis surcos instituit, ut multiplicata dulcedine fructuum ortus proprius consecrat varietatis ornatum Sic nos votivum rotundissimis laudibus Bairum deprecamus includere, ut germen alienum amplexum gratie colligatum curie moribus molestat Sed hec cultura

longe dissimilis est. Arboribus enim quod melius putatur inseritur ad
illas peregrina veniunt, ut de illorum potius suavitate dulcescant.
Nobis autem ut agrestia proficiant offeruntur. Nam quamvis ignis noc-
te relucat, soli tamen prelatus obscurus est. Hinc est quod ad illum ordinem
nichil potest eximium deferri, nisi quod per se ipsum probatur augeri.
Et ideo natalium illum splendore conspicuum ingenii valore pendentem
attentissime senatus hunc excipiat. Hactenus enim fuit suis meritis
clarus, sed iam erit de vestra prosperitate plurimus. Pandite
curiam, suscipite candidatum. Nam senatui predestinatus est, cum nos
contulimus lati clavi dignitatem. Benignos nunc est publicos
patres, qua hoc vocabulum non tamen pro debito gerimus, quantum stu-
dio votoque generali etc.

Formula vicari urbis Rome. De laude viri

14 Sicut agentium mos est sic iudicum voluntatibus obedire,
ut per eas non suam voluntates splendent mutuato lu-
mine nituntur viribus alienis, et quedam in illis videtur esse unitatis
imago, qui proprium non habent vim fulgoris. Tu autem vicarius di-
ceris, et tua privilegia non relinquis, cum ipsa est iurisdictio
que datur a principe. Habes enim cum prefectis aliquid portionis,
partes apud te pretoriana adnotatione confligunt, vice sacra
suam ditis. Et quod maxime fidei signum est, in inscriptionibus
vita et commissi hominum, quod inter mortales constat esse preciosum.
Addit quoque quod nec salutari te sine clamide voluerunt, mira velung-
ut sub veste militari semper visus iungi credis esse primatus.
Sed hec omnia ad perfecturam gloriam indicamus esse concessa. Et
qui tante sedis vicariam dicit umbratile videt. Considera qua-
lia de te prestes, qui tanta ante veheris eminendus acumine non
satulitate que iudicatur anxia. Nam quid tibi debet possis, si in-
minis suis imputet quod crepit. Ad similitudinem quippe primorum
carpento veheris intra quadragesimum sanctissime urbis in-
custos. Preposti ludo sedes in vice consulis, et in honorem
positus dignitate senatoris acquiris. Et illa tibi panduntur atria
que summatibus probantur esse collata. Hinc est quod in aula li-
bertatis locum patrum tenes. Et ibi interes consessum, ubi est
vel intrasse preconium. Cui qui etiam senatores, qui precedunt
ordine, aliqua indecentia ate victoria postulare. Sed quod prestes

potioribus te, nec immunito metu per tyrannos censendus es, qui aut inmac
ulatos aut ledere consulares age amicos sub equalitate modestie.
Tales una quaeque dignitas qualis est administrantium voluntas. Nec
abiectum est quod in corpore tractatur, nisi malis forte fuerit moribus
viciatum. Nam si humilium pratorum placet equalitas, quanto
magis grata est in potestatis culmine custodita, que difficile modum
servat dum ad summum velle festinat. Proinde vicariae dignitatem
et serenitatis nostre estimacione conferimus, qui sic Rome gloriam et
conscientiam tuam tante civitati facias dignissimam, utens omnibus
privilegiis que tuos decessores habuisse constitit. Et ma sit a nobis
antiquorum instituta depositimus. Ita et dignitati vestre vetera
non negamus etc. Formula notariorum de secretis habendis 16

Non est dubium secretum principis semper ornare subiectos,
dum nullis estimant archana posse committi, nisi qui fue
rint fide magna solidati. Publicum est quidem omne quod agimus,
sed multa non sunt ante scienda, nisi cum fuerint deo auxiliante
perfecta, que tanto plus decent occuli, quanto amplius desiderantur
agnosci. Regis consilium solos decet scire gratissimos. Communi de
bent armaria, que continent monumenta cartarum, ut quando ab
ipsis aliqua instructio queritur, tunc loquantur, ita ut totum sit dis
simulare dicant quod scientes nesciant. Nam solicitis inquisitoribus
sepe vultu proditur, quod tacetur. Assit innocentia, que cuncta
commendat, quia in placida mente regia decet verba deponi. Sed
quia te probatis moribus institutum venatricis bone conversacionis soli
citudo nostra reperit, ab illa indictione notarium nostrum te esse decer
nimus, ut ordine decurso milicie ad primiciatus feliciter provehas
dignitatem, honor qui efficit senatorem, cui parem aula non numina
vocatur. Nam qui mentis cunctis militat assidua lucubracione
iuste videtur et etiam libertatem intrare. Additur etiam presenti
laboris aliud munus ut signis quoque nomine ad illustratum vel
vacantem merenti per nomen omnibus debeat anteponi, qui eodi
cillaris illustratibus probatur ornari. Unde absolute colligitur
primiciatus noster dari, ut in uno eodemque titulo dispar est
dignitas equaliter acquisita. Animari deo igitur ad labores, qui
tibi tale premium propositum vides quale se gaudent cunctis invenisse primates

Se

Formula referendariorum de laude offitii et instructione officii

17 Omnis tantum sit clara unaqueque dignitas, quantum eam pre-
sentie nostre conspectus illuminat, dum semper honore suscipit, qui
nostra colloquia decenter attingit. Nullis tamen sermones nostros tantum
iungitur, quantum qui referendarius esse dinoscitur. Per eum nobis
causarum ordines exponuntur, per eum interpellantium vota cognosci-
mus, et ipsis responsa reddimus, ut negotia compendio solvamus.
Magnum est in hoc agone principali sedere prudentie, et ad subi-
tum sic dolores alienos asserere, ut conquerentium videatur vota ser-
vare. Quale est enim in tumultuosis processibus nostris nulla permix-
tione confundi aut nimietas clamoribus impediri. Utere hoc a tur-
batis exquirere, quod nobis possit placabilius intimare, et distinctius
referre, quam potuisset audire. Arduum est trepidantium dicta compo-
nere, et verum dicere. Non tamen interpellator formidat negotii sui
causam, quantum sustinet iste in relatione periculum. Si quid minus
dixit, iniquus asseritur, si plus dixerit, pretio redemptus clamatur; nego-
tii dominus, timoris proximo potest sua verba committere. Referenti autem
non licet aliquid immutare. Omne non nostre tanta maiore cautela
tenende sunt, ut nihilominus nil additum esse videatur. Nobis
plerumque audientibus nostra dicturus es, et difficile conditione constitu-
iudicio nostro subiaces, dum alienas causas explanare contendis.
Quapropter referendarium te electio nostra constituit, quod tu purita-
tem conscientie, et nitatem lingue nostris missionibus ad subiecto erudi-
tionem non mutabilem et collocutio nostra concedit, que dum per te alios
ordinat qualitate tue mentis exornat. Sub nobis enim imperitos
esse non licet, qui iniucte totis ingenia splendidiora reddimus, que cau-
sarum assiduitate polimus. Quapropter illa tu intente nos iussisse re-
ferre, que aut debuisti, aut potuisti accipere, nostra sit probatio, si iu-
sta reddidistis. Amate quod vos glorificat, sit velle vestrum quale in
dictis nostris esse propositum. Ad summum vos tales esse cupimus, ut etiam
per vos iudices corrigamus. Peculiare aliquod de nobis vectigal
exigimus, ut sicut vobiscum familiariter miscemus affatus, ita
et vestra opinio semper a nobis mereatur affectum etc.

Formula prefecti annone de eodem

18 Sic ad hanc mensuram censende sunt dignitates, ut tanto
quis honorabilis habeatur, quanto civibus profuisse cognoscitur.

profuisse cognoscit. Iste etiam debet esse gloriosus, qui ad copiam romani populi pro-
batur electus. Tui siquidem studii est, ut sacratissime urbi preparetur an-
nona. Quid de tradendi panis copia. Et velut una mensa tam magnus
populus satietur per officinas pistorum cibos quos distribuis, penuriam et inediam panis
esse exiguis, nec nimis inditas esse. Unde de roma possit laudare, nimio, quia
gloria singularis est illius civitatis asseris. Et ne magis aliquid putetur ex-
tremum carpentum profecti urbis iuxta gratificationem ostendis. Tu illi in
spectaculis comitatissimus gemmis, ut plebs quem industria tua satiat
in propriam reverentiam te honoratum esse cognoscat. Nam si querela panis,
ut assolet, concitetur, tu promptior libertatis seditiosas civitatis momentanea
satisfactione dissolvis. Et per te prospicitur ne quid a populis conquerentibus excedatur
vel nimio. Pompeius fertur copie quantitate promissa usque ad rerum processisse
fastigia, quia nimio singularis amor est populi, cum potius abundantia liberali-
sunt ille gratificatores meruit plausum quam popularium. Hinc venit semper adeo
est, et in gratia civium omni vicit fama maiorum, qui ne aliquem in honore duce-
rum nominis creatione vocabat et magnus. Hoc te exemplum invitet
ad prospera quam ille honoris tui locum egisse cognoscitur, quem felix roma
mirabatur. Ne quis autem putet te abiectis hominibus imperare, dignitati quoque
tue pistorum iura famulata sunt, que per diversas mundi partes possessione
latissima tendebant, ne inopia ingruente vilescerent, quod romane copie cu-
repti tuo deputati videntur ex annis glorie privilegiis acquisitis. Tribunal
tuum non est inter minimas dignitates, quia et romana gratia fervens, et pro-
vinciis iura transmittis. Quod et actionis ipsius in totum vita prestiterint
facturas, quoque copias perfectuas proviana … Sed non minor laus est dispe-
sationem probabilem facere quam frumenta colligere. Item in quantis abundantia
querela non tollitur, si panis elegantia nulla servetur. Sit certe frumenta
dicitur invenisse. Panarium non primus conspersas fruges coxisse perhibetur.
Unde et nomine eius panis est appellatus. Ita et illa predicata est que re-
pit et iste laudatus est, qui decenter edenda humanis usibus applicat.
Atque ideo cognoscentes industriam tuam, que semper est amica sapientie prefecture
annone, per illam indictionem nostra electione deferimus. Considera nunc, quia
non licet aliquid furari de populo. Nam quod in civitate dampno committitur
plenius non celatur, nescit plebs tacere, quia et hoc modum loquitur, quod
annone prevaricatur. In fraudulentis distringe panis pondera, et quis ex
amator mercede solicitus auro perpetur. Unde a quotibus vincitur, quia
gratior nobis est leticia favente populi romani, qui copia preciosissima me-
tallis. Attinere certe quod loquimur. Quid hec melius quod optes, quam
illius populi gratiam querere, quam nos etiam constat optare etc.

Formula comitis archiatrorum De virtute medicine

19 Inter utilissimas artes quas ad sustentandam humane fragilitatis in-
digentiam divina munera tribuerunt, nulla prestare videtur aliquid simile
quam quod potest auxiliatrix medicina conferre. Ipsa enim morbo periclitan-
tibus materna gratia semper assistit. Ipsa contra dolores pro nostra imbe-
cillitate confligit, et ibi nos nititur sublevare ubi nulle divitie, nulla
potest dignitas subvenire, causarum periti palmares habentur, cum nego-
tia defendunt singulorum. Sed quanto gloriosius est expellere, quod mortem vide-
batur inferre, et salutem periclitanti reddere, de qua coactus fuerat despe-
rare. Ars que in homine plus invenit quam ipse in se cognoscit, periclitantia
confirmat, quassata corroborat, et futurorum prescientia valitudini non cedit, unde
se eger putat debilitate turbari amplius intelligens qui medetur,
plus credens lectioni quam oculis, ut ab ignorantibus pene presagium medici
putetur quod ratione colligitur. Huic peritie deesse iudicem nonne hu-
manarum rerum probatur oblivio. Et cum lascive voluptates recipiant
tribunum, hec non meretur habere primarium. Habeant itaque presulem, qui
nostram committimus sospitatem, sciant se huic reddere rationem, qui operan-
dam susceperunt humanam salutem. Quod ars prudenter elegit, non quod
casu quis fecit accusetur, alioquin periculis potius exponimur, si
vagis voluntatibus subiacemus. Unde si edificatoria sint mox que
paratur obstructa, minimum est hominum salus temperies et torus humoribus
constans, ubi quantitas horum excesserit ad infirmitatem protinus corpus adducit.
Hinc est quod sicut aptis valitudo fessa recreatur, sic venenum est quod incompe-
tenter accipitur. Habeant itaque medici pro incolumitate omnium et ordinem
magisterium. Vacent igitur libris, experientiis delectentur antiquis.
Nullus iustius assidue legit, quam qui de humana salute tractabit.
Deponite medendi artifices noxias egrotantium contentiones. Ut cum
vobis non vultis cedere, inventa vestra invicem videamini dissipare. Habetis
quem sine invidia interrogare possitis. Omnis prudens consilium querit,
cum ille magis studiosior agnoscitur, qui cautior frequenti interrogatione
monstratur. In ipsis quippe artis huius initiis vel initiis, quodam
sacerdotii genere sacramenta vos consecrant. Doctoribus enim vestris pro-
mittitis odisse nequitiam et amare puritatem. Sic vobis liberum non
est sponte delinquere, quibus ante momenta scientie animas imponitur
obligare. Et ideo diligentius exquirite, que curent sauciatos, corroboret im-
becilles. Neque delictum medici est lapsus, et iuset homicidium crimen
est in hominibus salute peccare, sed credimus iam ista sufficere, quando eum
prefecimus, qui vos debeat admonere. Ex hac presenti tempore comitive archia-
trorum honore decoraris. Ut inter salutis magistros solus habearis eximius,
et omnes tuo cedunt iudicio, qui se ambitu mutue contentionis excruciant.
Esto arbiter artis egregie, eorumque distingue conflictus, quos iudicare

solebat potius effectus Imperitis egros curas, si contentos eorum noxias
pendent abscessus. Magnum munus est subditos habere prudentes, et inter
illos honorabilem fieri, quos ceteri reverentur. Visitatio tua sospitas sit
egrotancium, refectio debilium, spes certa fessorum. Requirant rudes quo-
ciens visitant egrotantes, si dolor cessavit, si sompnus affuit. De suo
vero languore te egrotus interroget, audiat a te verius quod ipse pa-
titur. Habetis et vos certe verissimos testes, quos interrogare possitis. Perito
quidem archiatro venarum pulsus enunciat, quod intus natura patiatur.
Offeruntur etiam oculis urine ut facilius sit vocem clamantis non advertere
quam non ad huiusmodi signa sentire. Indulge te quoque nostro palatio. Habeto
fiduciam ingrediendi, que magnis solet preciis comparari. Nam licet alii
subiecto iure serviant, tu rerum dominum, studio praestanti observas. Fas est
tibi nos fatigare ieiuniis, fas est etiam contra nostrum sentire desiderium
et in locum beneficii dictare, quod nos ad gaudia salutis excrucies. Ta-
lem tibi demum nostri licentiam esse cognoscitis qualem nos habere non probamur
in ceteros etc. Formula consulatus etc. 20

Quamvis dignitatem tuam a consulibus descendere nominis ipsius indi-
cantur testimonia declarare, tamen et insignia tanta consistunt, ut
nullus possit ambigere, te de illius lampadis claritate lucere. Securis enim
et fasces quos illi genio dicavit antiquitas tuis videntur faleris deputa-
ta, ut iurisdictio concessa paucis utrique possit admonere provincias. Hoc quoque glorie
tue esse, quod curules meritas probatur ornare vultus, qui etiam regen-
tium gemmata pompa promittit obsequium, ut non solum fori indiciis, sed
etiam domorum reverentia cumulatus accedas. O magne temperationis inven-
tum de nomine consulis promitteris clementissimus, et de principum ima-
gine metuendus. In aliquibus ad hanc provinciis ornatus penula
decoraris etiam sublectione carpenti, ut multis declaretur indiciis per ex-
pressas rerum imagines vices te percepisse geminae dignitatis. Considera ma-
gnum esse quod suscepisti et nulla deiectione communium inviceris. Nominis tamen auc-
tor nulla tibi consuetudo laudatur. Tu age ne ullis cupiditatibus attu-
eris. Ut si dare pro proventu non vales, certe moderari te velle festines, primus
enim dicitur donandi gradus posse dici abstinens esse rerum alienarum, et e contra fedissi-
me contrarietatis est vicium studere furtis et habere vocabulum largitatis. Eri-
gat ad laudem tuos animos, quod notamus non te pretio imparem factum nisi
si turpissime ambicionis delicta calcaveris. Studeas errores noxios vincere,
vicia maculosa superare. Nam ista revera est aditus de moribus consulatus,
licet enim semper prudentissimi veterum talia rebus nomina imposuerint. Hunc
continentie magne praesulem provinciis miserint consulare. Tempora iura
publica largire iusticiam, et ex fortiore parte imitari proconsules, quem nonnisi
proximitate contingis, petimus potest indigere mediocris, morum talenta non
potest non habere qui iustus est. Non paupertas largas consulum manus

Habent et boni pauperes divitias suas. Illud ergo ante omnia quere, quod in pectore
humano nascitur, non quod terre visceribus continetur. Quanto melius triumphare
ex animi thezauro, unde inimicum nascitur peremptio qua nec efficeris
tenuis, cum plura concedis, quanto locupletior reddis, quantum te bonum
conscientie sparsisse cognoscit. Quapropter opinionis tue laude perlectus, per illam
indictionem illa provincia consularitatis te per ipsius agere dignitatem
ut quod non sit acceptum, quod probatur legibus inimicum. Illa magis di-
lige, que equitatis iura commendant. Nomen tuum auctoribus proba-
consule fessis, et tunc nature dictis consularis. Sed ut omnia equabili
moderatione pensentur, stude iustitie per manus non querere, et agnosces co-
piosa quod munera provenire. Hanc enim conditionem humanis actibus
divina posuit, ut ille magis possit ditescere, qui lucra turpia nescit
optare. Ignorantes accipiunt qui bene agunt, quia iustum est ut dum
parumper malorum ambitus contempnitur, superno munere plus donetur.

Formula rectoris provincie De moribus et errore malorum

21 Omnino provide decrevit antiquitas iudices ad provinciam mitti, ne
possit ad nos veniendo mediocritas ingravari. Cuius enim latronum
non ferret audaciam, si longe positam cognosceret disciplinam, absolu-
te potius vis permissa grassari, si conquirens tardius metuitur audiri. (medrocitas)
Sed quanto melius in ipsis cunabulis ad hec mollia resecare, quam
in dimicata crimina vindicare. In compendium mittimus mala si precia
faciamus esse iudicia. Cuius enim audeat peccare, cum super cervices suas
districtionem cognoscit imminere. Et ideo te illi provincie rectorem per illam
indictionem nostra mittit electio, ut zona cingere militaris, quos tibi commissos
esse cognoscis. Clamidis tue prelucentibus ... alia clanos extende, quos
scias non inaniter positos, nisi ut cum publicam participantes, purpuram
inter ceteros te vigore semper principis admoneres. Senatus veste prosa-
mencis, quam filio suo pamo venus dii texisse, ut eximie pulchritudi-
nis mirum singulari ornatus filius testaretur. Respice quantum dederunt
leges, et ad mensuram te potestas extende, quod fiscalium tibi ... credita
iuratur exacto. Constat esse tue fidei commissum principi remittere,
quod in provinciis probatur emergere. Tu etiam senatorem ibidem
residentem iuberis audire. Et in perfectorum militem, cum ipsius tui consilia
vindicare, cum nonnisi in suis scriptoribus inseruit veteres honoratos pro-
vincialibus ante ferre. Quid dicere existimatum sit datum adiuti, cui tot
videntur nobiles potuisse postponi. Additur quod a principi si votalis
ut nobilitate priorum nominis tollaris ac nimium utilitate. Cogita tantorum
hominum tibi commissas esse fortunas. Fama tui crevit in temporis tui mode-
sto inite contentionis, ut possis in alios esse iudex. Prima equitas est
a se presules inchoare, ut deant eiusdem metuere quem negent ple-
reperire. Nullas enim in se culpas timet reus quas hic cognitorem re-
spexerit, quoniam agente mala, nisi de bonis sit moribus, non estimat displicere.

nos actus nullus dampnat in alto, quia natura est humani animi, ut hic imitatur potius vendicare, quod se cognovit amisisse. O quale est liberum tribunalibus insidere, non esse obnoxium reo prius, ne incipiat potior fieri qui redemit. Timeat districtum, timeat continentem, non audiat blandum, ut rigidam possit penam formidare. Avari iudices nesciunt quantum se longius. Nam tum vendunt aliena crimina propria faciunt esse peccata. Ergo accepte esto sollicitus ut bone actionis tue laudes potius audiamus a nobis considerent exigis, quod remittis, quia tum de remuneratione tua cogitamus, quantum te petitas non quesisse cognoscimus etc.

formula comitive Siracusane etc.

Regalis est prudentie tales mittere personas eligere, ut ad comitatum necessitatem non habeant veniendi, quos in longinquis regionibus contigit immorari. Nullum enim tale negotium est facile, quod itineris tantas pati possit expensas. Dum commodius sit tamen perdere, quam aliquid per talia dispendia conquisisse. Non enim querelas de Sicilia volumus venire, sed laudes, quia gravat apud nos acta provincialis, si eam tam longinqui petitores potuerint accusare. Plus enim dolor esse non creditur, ubi tanti laboris tedia subeuntur. Et ideo maiore cura illa quidem tractanda sunt, unde invidia plus timetur. Proinde per illa indictionem comitivam te Siracusane civitatis propitia divinitate concedimus, ut omnia sic agere mereris, quemadmodum nos te promisisse cognoscis. Dedimus vota tantarum sustinemus. Unde aut ultro regimus unde ad nos difficile venire posse sentimus. Habes que te decorare debeant, si tu tamen ibi defectatus cum scientia venis. Militum tibi nostris iussis servit expensis. Reddis munere arma geminata et possessio tua provincialis ornatus est. Exercitu utreis paratis, nec pericula belli subis et armorum pompa decoraris. Decrumtamen meam hec timore cognita disciplinam, non permittas milites esse possessoribus insolentes, annonas suas sub moderatione percipiat, tamquam non inspiciant extraneis possessionibus omnes se cognoscat electum, qui se gloriatur armatum privilegia dignitatis tue, nec volumus minimi, nec in bernis extendi sufficiat tibi tantum genere quantum decessores tuos constitit ronabiliter effecisse etc.

formula comitive de Rectore

Inter cetera vetustatis inventa, et ordinationem rerum ob stupenda promia hoc cunctis laudibus meretur efferri, quod dignitatum civitatum decora fastes, aptis administrationibus videtur ornari. Ut et tamenitas nobilium contraponere celebri colligatur, et tantarum nodi iuris disceptatione solvatur. Unde nos quoque non minorem gloriam habere cognoscimus, qui sua veterum annis solemnitatibus innovamus. Nam quid prodesset inventum, si non fuisset iugiter custoditum. Exeunt a nobis dignitates relucentes, quasi a sole radii, ut in orbis nostri parte resplendeat custodita iustitia. Ideo enim tot emolumentorum commoda ferimus, ut securitatem provincialium colligamus. Messis nostra cunctorum quies est, quam non possumus aliter instaurare

nisi dum subiecti non conqueruntur quod irrationabiliter perdidisse Et ideo ad com-
itivam te Neapolitanam per illam indictionem libenter adducimus ut simi-
lia negotia equus trutinator examines, tantumque famam tuam
habita maturitate custodias, quantum te illi populos nec in levi culpa
facile displicere cognoscas Urbs ornata multitudine civium abun-
dans marinis, terrenisque delitiis, ut dulcissimam vitam te inve-
nisse iudices, si nullis amaritudinibus miscearis, pretoria
tua officia replent, sed militum turba custodit Consedis gemma-
tum tribunalis sed tot testes pateris, quot te agmina civitatis
cognoscis praeterea littora usque ad praefinitum locum data iussione cu-
stodis Tue voluntati parent peregrina commercia, prestas ementibus
de pretio suo et gratie tue proficit quod avidus mercator acquirit
Sed inter hec preciosa fastigia optimum esse iudicem decet qui se non
potest occulere, qui inter frequentes populos cognoscitur habitare, fertur
tibi erit sermo civitatis Dum per ora fertur populi, quod an-
dire contigit actitari, habet votum suam hominum frequentia si lo-
quatur adversa Et de iudice iniquum esse creditur, quod multis
astipulatoribus personatur Quod ergo melius, quam illud populum
gratum respicere, cui cognoscitis presidere, Venale est perfrui
favore multorum, et illas voces accipe, quas et clementes dominos
delectat audire Nos tibi proficiendi materiam damus, tuum est ut agere
sua iustitia principem delectet augere etc.

Formula honoratis possessoribus de eodem

2 Tributa quidem nobis annua devotione persolvitis, sed
nos maiore vicissitudine decoras, vobis reddimus dignitates
ut nos ab iniuriantium pravitate defendant, qui vestris iussionibus
obsecundant Erit nostrum gaudium vestra quies sicut lucrum
si nesciatis incommodum Degite moribus compositis utamini legi-
bus feriatis Quod opus est quemquam facere unde penas possit
incurrere Querat iudex inter vos causas et non inveniat Ratio
motus vestros componat, qui rationabiles vos esse cognoscitis Impro-
bis iudicem, testem bonis moribus destinemus, ut nemo se
cogi sentiat nisi quem pravitas de private conversationis accuset Atque
ideo illi nos comitiva Neapolitane civitatis, per illam indictionem
dedisse declaramus, ut vestra gubernatione, laudatus alteram
mereatur de nostro iudicio dignitatem, cui vos convenit obedi-
re prudenter, quia utrumque laudabile est, ut bonis populus iudicem

benignum faciat, et mansuetus iudex gratissimum populum equabilizatione componat etc.

Formula de comite principis militum

Omnes apparationes habere debet iudices nos bellum cum populis admin et militia denegatur, sed nos quibus cordi est lotis[?] suis, virum vos ardines continere, meditandi illis continuam Neapolitanam domino invante largimur, ut iudicibus amma successione reparatis vobis solempnitas non peccat attonitis. Una ppl designato iure potestate competeter obsequium. Ut sicut vos non patimur emolumenta et comoda perdere, ita et vos parendi debeatis pristinam regulam custodire etc. 27

Capitula septimi libri

Liber

fformula comitive provincie cognitate sceloris et tracte malorum

.I. Omnis quidem dignitatum officia a mauri secludantur armata et civilibus vestibus videantur induti, qui districtionem docentur publicam operari. Tua tamen dignitas atrocibus ornatur, que gladio bellico rebus etiam pacatis accingitur. Vide quo iudicio fueris evectus, qui aliis rigorem fascium videamus esse traditum. Tibi autem ab ipsis legibus ferrum constat esse porrectum. Rem tremendam animo pacato dederunt. Ut et noxii nimium metuerent, et leges de optata lesione ultione gauderent

Septimus

Alioqui culparent potius si temperata omnia non fecissent. Sed cum intelligas te
ad moderamen electum, humanam facile non concupiscas, exitium rerum, qui de-
et probetur gladio puniendi remedium, datum est pro salute multorum. Arma
ista iuris sunt non furoris. Hec ostentatio nimirum est contra noxios instituta
ut plus terror corrigat, quam pena consumat. Non enim cogitur ferro seviri
de robusta, qui ad hunc tenorem urbis emittat audaciam. Similis est pavor iste
non bellicus, quod sit facies esse gloriosum, si tamen non probetur excessum. Hec
etiam et ferrum inclusorum metuendum. Claudantur nexibus cathenarum
quos scelerum cumulus pulsat invidia. Cunctator esse debes, qui iudicat de sa-
lute. Alia sententia potest corrigi, de vita transactum non patitur immutari.
Signa tua ab actores timeant, fures pavescant, latrones exhorreant. Inno-
centiam tantum respiciat leta, dum sibi auxilia venisse credit, que le-
gum disciplina transmittit. Nemo redemptoribus tuum velle deflectat.
Gladius contemptitur ubi auro prostituitur. Tu te inermem reddis, si
auri amore cupiditate recesseris. Age ita per indictionem illam comitive, et
in illa provincia tribuimus dignitatem, ut ad titulos tuos pertinentia
non execrabili lucro, sed civilitate laudabili exequaris. Nec quicquam
presumas facere, nisi quod privatus posses legibus vindicare. Ipsa est enim
recta administratio que et sine potestate defenditur. Ut tunc probetur fu-
isse iustus, quando ei que maluit obici possit inimicus. Nec tamen spes
vestra velut fastidita despicitur. Nam pro bene provincia administrationibus
presidentis honores vos amplissimos sperare leges inito consueverunt.
Unde iam pene videtur debitum quod nobis attamen ante ultro no-
scitur fuisse promissum etc.

Formula presidatus excitatio et instructio iudicis

Presidens omnimodis inspexerit antiquitas provinciarum dignitates .2.
successione annua reparari, ut nec dominia potestate unius insolescat
et multorum provectus gaudia reperiret. Sufficit enim unicuique discessisse
laudatum, quia dum tempus potestatis prolixum, quamvis culpare obprobria
non vitantur. Illa enim vel in brevitate declinare mirabile est, dum
frequenter et hii surripiunt, quia fastibus sub velocitate discedunt. Annus
enim unus et ad declaranda conscientie bone sufficit, et facilius se a certoribus
ab errore custodit. Sit in vestro proposito administrationis unius anni prestitute
num est bene uti tempus angustum, quia non facile removere turpium
quos iustos esse sentimus. Pro comitationis tue moribus invitati
per illam indictionem presidatum et in illa provincia propria dignitate conce-
dimus. Ut sic debetis agere, quemadmodum nobis possessor gratias cum
tributis mereatur ex olim decessorum bona exempla sequere, a vitiorum
te imitatione disiunge. Non ponetur omnis consuetudo probabilis, tantum
te alienis, error debet reddere non sequacem. Prodit stultitie culpam qui
sequitur actatum. Sed illud melius eligitur. Unde prendit opinio

sub admiratione laudatur. Respice quantis sit provincia plena nobilibus
hos qui et bene de te loqui decant, et derogare praesumant. Nemo nulla potestas
est que qualitate fame sue de ore hominum possit auferre. Eius ante qui sui
niti opinione laudabili per consimiles it firma provintias et ibi invenit pro
xi ssimam laudem ubi non invenit potestatem. Additur quod intermineatum
non relinquimus quem exisse probabiliter audiamus. Honore vivendo et prin
cipis meritis affectui voluntate. verum in legibus hos illis obtemperare
et nostra cognoscis implere mandata etc.

fformula gottorum per singulas provintias

3 Cum deo iuvante sciamus gotos vobiscum habitare per mixtos ne quid
inter consortes ut assolet indisciplinato nasceretur ut certum duximus
illum sublimem virum bonis nobis moribus comprobatum, hactenus ad
vos comite destinare qui secundum edicta nostra inter duos gotos litem debeat
amputare. Si quid etiam inter gottum et romanum natum fuit forte sine ne
gotium adhibito sibi prudente romano certamine possit equabili ratione distinguere
Inter duos autem romanos romam audiant, quos per provintias dirigimus co
gnitores, et unicuique iura sua serventur, et sub diversitate iudicum unum vos
una iustitia complectatur. Sic pace communi utrique nationes dulci otio di
vinitate propitia perfruantur. Scitote autem unam nobis esse in vos omnibus
equabiliter caritatem, sed ille se amplius animo nostro commendare poterit qui
leges moderata voluntate dilexerit. Non amamus aliquid incivile scelestam
superbiam, cum suis detestamur auctoribus violentos, nostra pietas execratur
in causa possint iura non brachia. Nam cur eligant querere viole
ta qui presentia probantur habere iudicia? Ideo enim emolimenta iudicibus damus
ideo tot officia diversis largitionibus continemus. Ut inter vos non sinamus
crescere quod possit ad odium pertinere. Communi vos amplectatur vivendi vo
tum, quibus unum constat esse imperium. Audiat utraque populus quod ama
mus. Romani vobis sicut sunt possessionibus vicini ita sint et caritate
coniuncti. Vos autem magna studio gottos debetis diligere, quos et vobis
in pace numerosiores populos faciunt et universam rempublicam tuentur
per bella defendunt. Ita quod destinato a nobis iudici vos convenit obedire
ut quicquid pro conservandis legibus censuerit modis omnibus impleatis
Quatinus et nostro imperio et vestre utilitati satisfecisse videamini etc.

fformula Ducatus retiarum

4 Omnis spectabilitatis et reliquarum honores unus honor videatur consiste
re in his aliquid aliud nisi tempus soleat anteferri, tamen rerum
qualitate perpensa multum his creditum videtur quibus confinales
populi deputantur. Quia non est tale pacatis regionibus ius dicere, quale su
spectis gentibus assidere. Ubi non tantum vitia quantum bella suspecta sunt
nec solum vox preconis insonat sed tubarum strepitus frequenter insultat
Retia namque munimina sunt italie et claustra provintie, que sic appella
ta fore non immerito iudicamus, quando contra feras et agrestissimas gentes
velut quedam plagarum obstacula disponuntur. Ibi enim et impetus gentilis

excipitur et transmissis iaculis sauciatur fulminanda presumptio. Sic gentilis
impetus vestra venatio est et ludo geritis quod vos assidue feliciter egisse sentitis.
Ideo quia validum te ingenio ac viribus audientes per illam indictionem duca-
tum tibi credimus Retiarum, ut milites et in pace regas, et cum eis fines nostros
solempni alacritate teneas, quia non parvam rem te respicis fuisse commissam
quando tranquillitas regni nostri tua creditur solicitudine custodiri. Ita tamen
ut milites tibi commissi vivant cum provincialibus iure civili, nec insolescat
animus qui se sentit armatum. Quia clipeus ille exercitus nostri quietem
debet prestare Romanis. Quos ideo appositos constat, ut intus vita felicior
secura libertate carpatur. Quapropter responde nostro iudicio fide nobis et industria
placiturus. Ut nec gentiles sine discussione suscipias, nec nostros ad gentes
sub incuriositate transmittas. Ad necessitatem siquidem rarius venitur armorum
ubi suspecta surreptio custodiri posse sentitur. Privilegia vero dignitatis
viii tue nostris tibi iussionibus vendicabis etc. **Fformula cure pallatii**

Hula nostra sic agnoscitur peritis dispositionibus instituta. Ita doctorum 7
in ea diligens debet esse cautela, quia pulcritudo illa mirabilis, si sepe
non reficitur senectute obrepente subito viciatur. Hec nostra sunt oblec-
tamenta potencie. Imperii decora facies testimonium preconiale regnorum. Hoc le-
gatis sub administratione monstratur. Et prima fronte, talis dominus esse
creditur, quale eius habitaculum comprobatur. Et ideo magna voluptas est
prudentissime mentis pulcerrima iugiter habitatione gaudere, et inter publicas
curas animum fessum reficere dulcedine fabricarum. Quas primum ciclopes dicuntur
et antrorum modum amplissimas in Sicilia condidisse, postquam in caver-
nis montium Poliphemus ab Ulixe singulares oculi lugendam pertulerat
orbitatem. Inde ad Italiam fabricandi peritia legitur fuisse translata, ut quod
talibus actoribus institutionibus inventum est emulatrix posteritas in suum
commodum custodiret. Hinc est quod spectabilitatem tuam ab illa indictione
curam pallatii nostri suscipere debere censemus, ut antiqua in nitorem pri-
stinum contineas, et nova simili antiquitate producas, quia sicut decorum
corpus uno convenit colore vestiri. Ita nitor pallatii similis debet per omnia
membra diffundi, ad que sic poteris idoneus inveniri, si frequenter geometricum
legas Euclidem, si scemata eius mirabili varietate descripta in tue mentis
contemplatione condideris, ut in hora commonitus cuius rei famuletur copiosa
notitia. Archimedes subtilissimus exquisitor cum Martrobio tibi semper assi-
stant, ut ad nova reddaris peritissimus, qui libris probaris veterum conditor.
Non enim tibi cura minima delegatur, quando animum nostrum fabricandi studio cupidis-
simum artis tue ministerio probaris explere. Nam sive aut civitatem reficimus
aut castellorum fundare volumus novitatem, vel si construendi nobis pretorii
amenitas blandiatur, te ordinante ad oculos producitur, quod nobis cogitan-
tibus invenitur. Decorum magisterium, propositum omnino gloriosum in tam longas
etates mittere. Unde te debeat posteritas admirata laudare. Quicumque
enim aut instructor parietum, aut sculptor marmorum, aut eris fusor, aut camerarum

rotator aut girapharstes / aut musmarius ignorat te pendente interrogat b
tam magnus ille fabrilis exercitus. ad tuum recurrit iuditium ne possit aliquid
habere confusum Unde ergo cura debet nosscere. qui possit tantos instruere. hec
operis certe bone dispositionis tue ubertimum fructum, cum tu de illorum
labore laudaris. si abeas diligens sua monstrauis Unam propter quicquid ad te
pertinet. ita decenter ita firmiter volumus explicari, ut ab opere veterum
sola distet nouitas fabricarum. Sed hec possibilia facis si dona nostra nulla
cupiditate suppressus castigatis omnia impertit artifici qui enim competenti
non patitur comoditate fraudari manus larga artium imitetur inge-
nium Nam qui de victu non cogitat perficere iussa festinat Illud quoque
considera. quia gratificatione tractis, ut aurea virga decoratus inter obse-
quia multa ante pedes regios primus incedaris incedere, ut ipso te-
stimonio vicinitatis nostre agnoscamur et nostra palacia commisisse

Formula comitive formarum de formis et aquis urbis

6 Omnis commoditas fabrice tollatur sibi ubique possit precipue reperiri, quod
totum usque in admiratione noscitur exquisitum. quod ibi decuit
esse fundatum Unde esse tamen arbitramur modo / quod materia utili-
tas gratificat Et quod pulcritudinis tanta causa comendat Traiani
forum / vel sub assiduitate inde miraculum est, capitolia celsa conscende-
re hoc est humana ingenia superata uidisse Sed nunquid per ea uiuit-
/ aut corporis salus aliqua inde delectatione recreatur. In formis autem
romanis utrumque precipuum est, ut fabrica sit mirabilis, et aquarum salubri-
tas singularis Nam quot illic flumina. quasi constructis montibus perducta
Naturales credas alueos soliditate saxorum, cum quibus tantus impetus
fluminis tot seculis firmiter potuit sustinori Cauati montes plerumque sub-
ruunt meatus torrentium Et opus illud veterum non destruitur Sed
industria suffragante seruatur. Respiciamus certe aquarum copia. quantum roma-
nis membris prestat ornatum Nam thermarum illa pulcritudo quid esset si
dulcissima quondam. equora non haberet Currit aqua virgo sub delectatione pu-
rissima / que ideo sic appellata creditur / quod nullis sordibus polluatur /
Nam cum alie pluuiarum minietate terrena commixtione molentur, hec ae-
perie serum purissimo labens unda mentitur. Quis possit talia sermo-
nibus idoneis explicare claudiam per tanta fastigii molem armenti-
ni cacumine esse perductam / ut cum ibi ex alto lapsa ceciderit cacumen
illud excelsum ex omnium vallem rigare videatur. Egiptius nilus
certis temporibus crescens per campos tacentes sub ducto diluuio. aere
sereno turbulentus exundat Sed quanto pulcrius est, claudiam romanam
per tot scitas inoticum munitates lanacris ac domibus liquores puris-
simos fistularum uberibus emisisse, et ita equaliter fluere. ut nunquam
se possit desiderata subducere Ille enim dum recedit. hinc est dum
uenit insperante diluuio Quis ergo famosum nilum urbis rome in
fluuiis non estimet esse superatum / cum ille incolas suos, aut veniendo
terret. aut recedendo destituit Neque hec non superflua commemoratione narramus

ut possis advertere, qualis eas diligentia perquiratur, cum pulchritudo tanta committitur. Quapropter per indictionem illam comitivam tibi formarum sub magna deliberatione credidimus, ut primo studio mutaris efficere quod tantis ac talibus rebus respicis expedire. Inprimis noxias arbores, que inferunt fabricae ruinas. Nam sunt quidem menium importabiles arietes, tenuissimis radicibus amputari, quia nulla lesio remonetur, tunc origo non tollitur. Si quid autem consistente senio fuit demollitum, pervigili celitate repetur, ne crescente defectu augeatur nobis causa dispendii. Mixtus aque fortuna tua est. Diu incolumis eris, si illa solidaveris, tunc enim aput nos profitebis, quantum te illis studuisse probaveris. Agat ergo precipua fides tua, ut et constructio fabrice illibata permaneat et aque distributio nulla se custodum venalitate subducat etc.

De furibus capiendis formula prefecti vigilum

Quamvis nomen tuum ad civitatis te vigilias debeat excitare, ut possis implere quod diceris, tamen providentie solita cautela non deserit, quin eos quos ad agendum delegimus, ad paratiorem curam iugiter incitemus. Quid enim tam pulcrius, quam in illa urbe operam navantem impendere diligentiae, ubi tales testes videntur assistere. Cautela quidem tua, mox ut excitata fuerit per patronorum ora et consilium discurrit. Vix te contingit aliquid sollicite facere. Et audis proceres cum admiratione laudare, mediocrem dignitatem regis et in summa opinione versaris. Custos Romane civitatis diceris, qui eam ab intestino hoste defendis. Quapropter circa fures esto sollicitus, quos etsi leges punire nimie precipiunt, tamen eos indagandi licentiam contribuunt, quamvis raptores sint detestabiles, fures tamen longe deteriores existunt. Quos tue providimus dignitati committere. Igitur per indictionem illam prefecture vigilum potestate honor tibi pro merito ademptus est. Non putas. Nam lex aquo volunt malos capi, quam cepit plus timeri. Eris igitur securitas soporantium, munimen domorum, tutela claustrorum, discussor obscurus, arbiter silentiosus. Cum fallere insidiantes fas est, decipere gloria. Actus tuus venatio nocturna est, qui miro modo si non cernitur, tunc tenetur. Furta magna, in furibus facere cum illos circumvenire niteris, quos omnibus illudere posse cognoscis. Prestigii genus est, quod agis ut latronum versutias mitare possis. Faciliius enim existimamus spingis enigmata comprehendi posse, quam raptoris fugacem experientiam reperire. Ille circumspectus ad omnia, instabilis ad ventura, trepidus ad insidias, quemadmodum potest capi, qui more venti nullo situ noscitur contineri. Vigilia, impiger cum nocturnis avibus. Nox tibi pandat aspectus. Et sicut ille rapinam in obscuris cubilibus. Ita tu possis invenire. Pro immo esto ante ad munera sollicitus. Venalitas tibi non adimiat, quod tocius industria. Nam licet fiet sub profunda caligine, videantur geri. Nullus tamen actus est, qui possit abscondi. Privilegia quoque tua, vel officii deputati ex nostra tibi auctoritate rationabiliter venditabis, quia necesse est in tam magna civitate per diversos iudices agi, quod ab uno non potest explicari.

Formula de custodia civitatum etc.

Liber

8 Quamvis dignitatem magni nominis prima fronte detegeris, quam
non potuit antiquorum prudentia summa vocabuli similis appel-
latione deferre, ne splendorem quem primus dabat alterius vilitate pol-
lueret. Tamen hinc intelligitur, quid sentire maiorum potuisset auctoritas,
quos prefectos vigilum nominibus appellare voluit, qui pro generali
quiete discurrunt. Tibi enim fortunarum securitas, civitatis ornatus,
utilitas omnium commissa est. Sic ut contra domesticos grassatores bellum
paratum geres, si quem civium ledendo esse sentires. Custodis for-
tunas omnium, securus somnus te vigilante carpitur et molestia nulla
sentitur. In pace positus pugnas. De nocturno fure victorias, et tuis
laureis mane civitas defensa letatur, que dum captos respicit,
tunc se occulto hoste caruisse cognoscit. Cotidie triumphas, si
bene vigilas, et cum rara sit gloria bellici certaminis, tibi vigilibus latro-
nibus familiariter imminet. Donatum nimia civium affectum suspectus
assumes predones inquirere, quos non valet mundi domus invenire.
Et duplicia communi tristitiis a fortuna furta prohibes, aut admissa
concludis. Nomen ista est ineffabilis quedam gloria civitatis, dum
hoc in se prestipe, quod videtur omnibus expedire. Merito et gloriosum
nomen prefecti prudens antiquitas deputavit, quia istud fieri non poterat
nisi qui totius civis plus amabat. Officium quoque tuum non
constat munere sublevatum, quando et ipsi momenti multa dilata sunt
qui pro civium utilitate militare noscuntur. Que cum ita sint prefecturam
te vigilum per illam indictionem delectati tua opinione concedimus, ita
ut et curam huius dignitatis et privilegia que competentia modis omnibus
exequaris. Sed quamvis non odiosissimum fuerit qualis persequatur
assensus, tamen quia de effusione humani sanguinis agitur, nichil
subitum aut indelibatum inveniamus assumi molestiam sequere, qui
dampnas audaciam continentiam dilige, qui furta condempnas.
Ad gesta producti audiantur aliquid pro salute dicturi. Quoniam quemquam
non distulit iustitia non putatur. Convictis vero atque confessis que sunt
VIII decreta serventur. Cum vendere nichil efficit qui sequitur leges.

Formula comitive portus

9 Delitiosa magis quam laboriosa militia est in portu romano comiti-
ve gerere dignitates. Illic enim copiosus navium prospectatur adventus.
Illic velligerum mare peregrinos populos, cum diversarum provinciarum
transmittit. Et inter tot spectaculo dulcedo rerum commodo tuum est venien-
tes evasisse pericula. Primus prandio fantibus romane delitie sentiuntur.
Et unda tiberinis quasi per alveum vadunt, que ad comertia civitatis
ascendunt. Bene inclita dignitas que copiam videtur ornare

romanis Nam quid elegantius pot agi qm vnde probat populus iste
saciari O inuenta maior. Q exquisita prudencia ut qua longius a littore
roma videbatur posita inde magis esse inuipet Ubi decorum ingressum
namque possidet uno quippe meatus aluei tiberim decorat ornatissimam
ciuitatem et eam tamqm duo limatta pristepunt ne vacaret aqua quod tal
te vrbi ministraret expensas Eximia ergo res tibi committit si moderate
peragit En copiam feritis dum ingredientes iste tractatus cinara
manus portum claudit Et cum digitos attrahit namque simul vela co
cludit Cuncto ergo illa imitatores cuncti respiciunt que sibi dispendiosa ee
cognoscunt Quapropter ad ... ibi uentus est moderata presumpto itaque
platidum mac dampnat qui undas cupiditatis exaggerat ...
pro solempnitate comoditas offerat voluntarium munus exenia sunt
enim ista non debita a parantis accipit qui nimium querit Et sibi ipse me
ruit ita munia qui moderatur oblata Sit tibi ergo circa percipienda non solli
te abstinere verecundia cohibe presumenti manus quia non est bene in
illa ubertate delinquere qui decet cunctos modesiuet optare Quocirca
per indictionem illam comitiue portus te honore decoramus ut per te dif
tas dulces delicias administrat Ita tu honorem opinionem laudabilem
de lingwas etc. Formula tribuni voluptatum etc.

Quamuis actos liberte honestis studiis sint remote et histrionum vita 10
vaga videatur officii posse licentia tamen moderatrix prouidit an
tiquitas ut in totum non effluerent cum et ipse iudicem sustinerent Ad
ministranda enim est sub quadam disciplina exhibitio voluptatum teneat
scenicos si non verus vel umbratilis ordo iudicii Temperantur hec le
gum qualitate negotia quasi honesta imperent inhonestis Et quibusdam
dam regulis viuat qui viam recte conuersationis ignorant Student enim
illi non tam comoditati sue quam alienae letitie et conditione peruersa
cum dominatum suis corporibus tradunt seruire potius animas compulerunt
Dignum fuit ergo moderatorem suscipere qui se nesciunt iuridica modera
tione tractare Totius quippe tunc huius gregibus hominum veluti quidam
tutor est positus Nam sicut illi etates teneras ad sita cautela cu
stodiunt Sic ate voluptates fundit impensa maturitate frenande sunt
Age bonis institutis quod nimia prudentia constat inuenisse maiores
bene desiderium et si verecundia non cohibet districta ponderata modificat
Agantur spectacula suis consuetudinibus ordinata quia nec illi pote
venire gratiam nisi imitati fuerint aliquam disciplinam Quapropter tribunum
te voluptatum per illam indictionem nostra facit electio ut omnia sic agas
quemadmodum vota ciuitatis adiungas ne quod ad letitiam constat in
ventum tuis temporibus ad culpas videatur fuisse transmissum cum fama
diminuitur salua tua opinione vocare castitate diligere enim subiacent
prostituta ut magna laude dicatur vitutibus studuit qui voluptatibus
inserebatur Optamus enim ut per ludicra administrationem ad seriam per

venias dignitatem etc. **Formula defensoris cuiuslibet civitatis qualis debeat esse defensor**

11 Si ad quod libere negotiorum peragendorum talis eligitur, qui consilio et gravitate laudetur, multo praestantior esse debet, qui suscipit negotia civitatis. Nam si parvum est unum decipere, quid erit imparem tantorum iudicio extitisse. Causa enim multorum bene acta nobilitat, quando totum bono proposito agere creditur, qui generalibus desideriis adesse sentitur. Defensorem te itaque illius civitatis per indictionem illam civium tuorum supplicatione permoti nostra concedit auctoritas, ut nihil venale vel improbum facere velis, qui tali nomine nuncuparis. Commercia civibus secundum temporum qualitatem aequabili moderatione dispone, diffinita serva, quae inserteris, quia non est liber vendendi summas includere, sed pretia statuta castissime custodire. Imples enim rem boni defensoris officium, si cives tuos nec legibus patiaris opprimi, nec caritate consumi etc. **Formula curatoris civitatis**

12 Omnis per se honor bis beatur, qui vel minimam solitudinem civitati quae videtur impendere, et nec nos magna reverentia praesenatur, qui cives se amare professus est. Tamen indubitatus honor est, qui ab electione confertur, quia probitas bonis institutis creditur, tamen aliquid auctoritatis principis delegatur. Et ideo ab indictione illa illius civitatis curam ad te volumus pertinere, ut laudabiles curiae ordines sapienter gubernes, moderata pretia a populis quorum interest facias custodiri. Non sint incentes in pretate, sola vendentium aequabilitas grata custodiatur in omnibus. Pulcherrima siquidem civium et hinc gratia colligitur, si pretia sub moderatione servent. Tunc vere curatoris imples officium, cum et solitudo fuit, dentilitate curatorum consuetudines antiquae et externae antiquitus defende, quas in eodem loco tuos constat habuisse maiores etc.

Formula comitivae Romanae

13 Si clausis domibus ac munitis et in securitate manentibus insidiari solet nequissimum votum, quanto magis in Romana civitate videtur allici qui in platea pretiosum reperit, quod possit auferri. Nam quod populus copiosissimus statuarum gregibus etiam equorum abundantissimis tali sunt cautela servandi, quali et cura videtur affixi. Hoc si esset humanis rebus ulla consideratio, Romanam pulchritudinem non vigiliae sed solus deberet reverentia custodire. Quid dicamus marmora metallis et arte pretiosa, quae si valet carpere rara manus est, quae possit attactu abstinere, ubi sunt exposite generales divitiae, et quae mundi labores facere potuit. Quem vero ista esse decebat negligentem, cuius in causa tali patitur esse penalis, quando gravissimum dampnum potest fieri in pulchritudine singulari. Una de re per illam indictionem comitivae Romanae cum privilegiis et instrumentis commodis suis tibi concedimus dignitatem, ut fideli studio, magno quoque instituto contra invidas impetus manus, et inspiciantes aut pinatorum fortunis aut membris ad tuum facias venire iudicium et veritate discussa congruam subeant legibus ultionem, quia iuste tales

persequimur publicis dolor, qui decorem vestrum fedant detruncatione mem-
brorum faciunt quod illa in monumentis publicis, que deus pati. Officium tuum
et milites consuetos noctibus, potius invigilare compelle. Iudice autem
civitas se ipsa custodiat. Vigilans enim studia non indiget alieno, qui
se custodit, sed tunc praesumptor facile capitur, cum insperatus invenire praevenire
sentitur. Statue nec in totum mute sunt, quando a furibus percussae
custodes videntur tinnibus admonere. Proinde diligentiam tuam
devotione laudabili sentiamus, ut tibi iam laboriosos fasces inungimus
securos honores postea conferamus etc. Formula comitive Ravennatis.

Festinanda est dignitas ex labore, et laudabilis sollicitudo actuum 14
publicorum parit gratiam liberalem sermenti, prima gratificatione locu-
tus hinc sis est, quin suis utilitatibus probatur adimere nostris ordinationibus
tarditatem. Nemo enim nesciat quantam copiam navium, leviter procurres
admoniti, a dignitatibus palatii nostri vix in erectionibus scribitur
et iam ante prima celeritate complet. Nam nostris dimissorum festinatos
anxias vix sufficit alloquendo, quod te vicinatis contingit implere negotia
torum operas consuetas, nec nimias exigis, nec venalitate relinquis,
sic modo qui non possit gravare laborantes, ut cum res querulosas
sine quaerimoniis egeris maiora de nostro examine merearis. Proinde
comitivam Ravennatem per illam indictionem tibi serenitas nostra concedit, ut
dignitatis tue privilegia perfruaris, et laedendi et praestandi et labores of-
ficium tuum equitatis consideratione moderare semper sibi et laedendi et prae-
standi causam invenit, qui prudentis actionibus adhibetur. Sed quantum
ad institutionem tuam nostre mediocres agitur tanto deo equalitate utique tu-
tiari, quia illud potius expedit tenere medium, qui defectam nostri
gubernare substantiam. Idonei dampna vix sentiunt, tenues autem levi di-
spendio collidantur, qui vel mediocri iniuria totum videtur amittere
qui exiguum cognoscitur possidere etc. Formula ad prefectum urbis
De architecto faciendo in urbe et eius premio

Romane fabrice decus peritum convenit habere custodem, ut illa mi- 15
rabilis silva menium diligentia subveniente servetur, et moderna
facies operis antiqui dispositionibus construatur. Hoc enim studio largi-
tas nostra non cedit, et facta veterum exclusis defectibus innovemus, et
nova vetustatis gloria vestiamus. Proinde illa illustris magnitudo tua
romanis artibus ab illa indictione datum te architectum esse cogno-
scat. Et quia iustis commodis studia cognoscat artium intenda ad eum
volumus pertinere quicquid decessores eius constat rationabiliter consecutos.
Videbit profecto meliora quam legit pulcriora quam cogitare potuit statuas
illas auctorum suorum. Sed ad hunc per signa retinentes, ut quamdiu laudabilium
personarum opinio superesset, tamdiu et similitudinem vitae substantie imago
corporis custodiret. Conspiciet expressas in ere venas nisu quodam mu-
sculos tumentes, nervos quasi gradu tensos. Et sic hominem fusum in di-
versas similitudines, ut esse credas potius generatum. Has primum

Tusci invenisse in italia referuntur, quas amplexa posteritas pene par
populum urbi dedit, qualem natura procreavit. mirabantur in formis capi-
tum signa etiam inesse nervorum. Crispatis etiam naribus et contractis
constrictis membris, ambulantibus remissis credere forsitan corporis appetitu, cum
se novella movit metalla non movere. Quid dicamus columpnarum
iunceam proceritatem, moles illas sublimissimas fabricarum quasi quibusdam
erectis hastilibus contineri, et sub tanta equalitate concavis distinctas
canalibus, ut magis ipsas estimes esse transfossas ceteris mollibus factum
quod ex metallis durissimis videas expolitum. Marmorum iuncturas
venas dicas esse genitales, ubi dum falluntur oculi, laus probatur
crevisse. miracula ferunt posteri seculo narratores fabricarum septem tantum
terris attributa miracula. Ephesi diane templum regis mansoli pulcher-
rimum monumentum Aquro et Masoleta dicta sunt. Rodi solis eneum
signum quod collosus notatur. Jovis olimpici simulacrum quod Phidias
primus artificum summa elegantia ebore auro quoque formavit. Ciri medo-
rum regis domus quam memnone arte prodiga illigatis auro lapidibus
fabricavit. Babilonie muri quos Semiramis regina latere cocto sul-
fure ferroque construxit. Piramides in egipto, quarum in suo statu se
umbra consumens ultra constructionis spatia nulla parte respicitur.
Sed quis illa ultius precipua reputabit, cum in una urbe, tot stupenda
conspexerit. habuit honorem, quia precesserunt tempore in rudi seculo. quicquid
emersisset novum pro choro hominum iure ferebatur eximium. Nunc autem
potest esse veridicum si universa roma dicatur esse miraculum. Quapropter
virum peritissimum, talia suscipere decet, ne inter illa ingeniosa priscorum
ipse inveniatur esse metallum, et intelligere non possit, que in illis artifex
antiquitas, ut sentiretur effecit. Et ideo det operam libris antiquorum
instructionibus vacet. Hec quod ab illis sciat minus in quorum loco
cognoscitur surrogatus etc.

Formula de comite turritane insule celsine

·16· Constat plerumque bene posse agi, ubi persona non desinit monitoris.
Omnia enim sine principio confusa sunt. Et dum cuiusque mixta
voluntate suadet cogitat, ubi regulam cognoscitur obtinuit discipline.
quapropter antique consuetudinis morem secuti turritane et celsine insule iudi-
cem per illam indictionem te concedit auctoritas. Iustum est enim, ut quia a
reliquorum hominum sunt conversatione divisi, ad habitationes eorum quis vadat,
qui eos probabiliter componat. Ne credatur sit auctoritas notitias immisse
homines atque longe positos ignorasse. Hec tote hunc igitur qui inter vos
emergentes causas et audire debeat et finire. Et si quid etiam a nostra
sunt pietate decretum eodem commonente peragite, quia a civibus locus
tollitur qui vobis cum dicatis observare declaratur, que credimus ita
bonis actibus studere, ut augmenta inde gratie possit accipere. Pro
ceteris ut a nobis remunerationem sumat si vobis que sunt profutura disposuerit

Formula de preposito calcis

Gloriosum opus est fermenti unde romana civitas probatur ornari 17
Quum tamen omnis apud nos proficit, quicquid predicte urbi pro labore confert
Dubium non est coctilem calcem que est muribus concolor, spongiis le-
vior, nostrum esse maximum fabricarum. hec quidem ignis adustione di-
solvitur, tamen ex inde parietum firmitas roboratur. petra solubilis
saxa mollities, harmatus lapis, qui tunc potius attendit quando
aquis copiosissimis irrigatur. Hinc quo nec saxa fixa sunt, ut
aternarum minuta solidant. Et ideo maius studium metuit accipe, quod
primum locum in romanis menibus noscitur obtinere. Quo cita mon-
stram tuam multorum sermone celebritatem ad totam distributionem quod talis
abunditione illa nostra proponit civitas, ut tam publicis quam privatis
fabris abunde procurata sufficiant, et ad edificandum cunctorum animi
excitentur. Quum indecernit prius esse quod queritur privilegio vos loci
tamen nostris missionibus conabile venditabis, ut maiora mereri pos-
sis si bene delegata compleveris etc. Formula de armis fabricandis 18.

Considera quid principis et intelliges locum te dare non debere pretat
Arma enim bene construere, hoc est salutem omnium velle custodire
Prima quia facie ipsius terretur inimicus et incipit animo cedere
si se cognoscit similia non habere. Atque ideo abunditione illa, militibus te
et fabricis armorum imitati morum tuorum opinione perfecimus. Ut
tale opus ab artificibus exigas, quale nobis placere posse cognoscis
Seueritas te meritis non moveat absentie, quicquid feceris non videmus
Age quia nos ipsos subtilissime perspicionis errores artificum possu-
mus prima fronte reprehendere et laudabile operata indicare. Unde ergo
qua diligentia, quo studio faciendum est, quod ad nostrum venturum con-
stat examen Age itaque ut nulla te venalitas, nulla culpa denigret
quia venale esse non potest quod in tali causa delinquitur, ne inde
primaris de qua parte petimus. Opus quod morte minatur et salutem
mittitur petentium custodia bonorum. Contra improbos necessarium semper auxilium
Hoc primum Foroneus Junoni dicitur obtulisse, ut inventum munimini
primi ut putabant auspicio consecraret. Hec in bello victoria, in pace de-
cora sunt. Hec denique inbecilles fragiles et mortales cunctis beluis
efficiunt fortiores etc. Formula ad prepositum de armis

Multorum insinuatione compertum illum probis moribus institutum 19
commissa sibi posse fideliter expedire. Ideo illustris magnitudo
vestra nos eum elegisse cognoscat, ut et militibus secundum morem pri-
stinum et artificibus videat possit armorum. Quatenus consuetudines suas
sic eligant ad impleant, ut nulla in eis inveniri possit offensio
Nam licet ubique culpa ledat, hoc tamen graviter puniti, si bellorum instru-
menta neglexit prodiconis. quippe instar est exitium substrahere quod
enim constat armare quibus consuetudines suas vestra providentia

deputabit. Ut dum illis excusatio inutilium tollitur necessaria
ornatius exigantur etc.

Formula binorum et ternorum si per iudices agantur

20 Ad geminam dignitatem tuae credimus pertinere si competentia et indi-
cimus iniungere. Quia tanto quis gratior redditur, quanto parendi
causas amplius constrinxisse monstratur. Et ideo binorum et ternorum titulos
quos a provincialibus exigi prisca decrevit antiquitas, per sacrarum largi-
tionum transmittere maturabis. Ita ut omnis quantitas intra kalendarum
martiarum diem solempniter impleatur, ne de proprio reddere cogaris, quos
procurare neglexeris. Quam enim tetigisset iniuria si ad eos titulos minime
exigere, quos a te preceperunt leges sacratissime pertinere etc.

Formula binorum et ternorum

21 Omnis prisca consuetudo binorum et ternorum exactionem ad te meruit perti-
nere. Tamen ne te multiplex occupatio protinus tardaret. Et impedimenta
tua sollicitudo faceret, gemina illum et illum scrinarios officii nostri duximus
destinandos. Ut tu officio tuo decenter immineas. Quatenus cum eorum
solacio intra kalendarum martiarum diem ad illustrem virum comi-
tem sacrarum largitionum solempnis quantitas deferatur. Ne opinionis
publice reus efficiaris, si largitiones sacras per moram aliquam putaveris
esse tardandas. Ita ut te excipiendum esse non estimes, quem nos ere-
dimus admirandum. Illam siquidem magis fuit quam oportebat illatum
de tuis hoc nomine facultatibus exolvendum etc.

Formula commonitorii scrinariis etc.

22 Non dubitamus esse gratissimum quando quis commonetur officium
implere susceptum. Quia illud est potius grave si miles vivat
otiose, cui quietus est actio sua. Honor principalis in initio. Simul
enim distinctio legitur, quam ignobili corpori relinquitur. Quapropter indictionem
illam, ad illam nos principiam iubemus attendere, ut cum indice, vel
eius officio intra diem kalendarum martiarum que debitis et ternis
quantitas solempniter postulatur. Ad comitis sacrarum largitionum scri-
nia postposita dilatione dirigatis. Sic tamen ut nec cerarum vestrum aliquid
nimis a consuetudine percipiat. Nec possessor supra modum professionis ex-
solvat. Et non dubitetis commonitionis nostre periculum sustinere, siquidem actum
contra priscum ordinem potius agnoscere etc. Formula vicarii portus

23 Beneficia nostra quamvis tue specialiter damus, si te agere commissa rationabiliter
habebimus, nec enim iure muneratus taceres, si et populos peregrinos pru-
denter excipias, et morum commercia moderata equalitate componas.
Nam latet ubique sit vera prudentia in hac potius actione videtur
accomoda, quando inter duos populos nascuntur semper certamina, nisi fuerit iustitia
custodita. Quapropter arte placandi sunt, qui mores offerunt simillimos
venti de quorum nisi, prius animo temperantur in maximam contemptum natura
facilitate prosiliunt. Quia de re modestie tue fama provocati tuas te

illius portus per illam indictionem hac tenseamus, ut omnia ad tuum titulum
pertinentia sic agas, quemadmodum ad meliora pervenias. Comparatis enim
dicitur cum potiora praesentantur etc. Formula ad commendandos comiti principes 24
Magna nimis collegas nos nimis prerogativa decoratur quisquis sit mi-
litiam nomine principatus. Cognoscitur enim agere locum primatum
quando in rebus humanis magna pars nominum asserit excellentiam di-
gnitatum, hoc etiam tui loci probatur exemplo, sine quo nec secretum
praestantur accessus, nec postulatoris pompa patitur, totus quippe ille motus
genus. Ita est probatur creditus, ut sine te nequeat esse praesulis Comiti-
vus quid provinciarum potestas data est, sed tu iudex ipse est commissus es. Tu vice
tenos improbis cominatorum. Tu disciplinam nostre nostra custodis. Tibi insolen-
tiam peccantes fas est distringere, qualiter populi non licet iudicare. Ce-
teram perante tota est distringere ... sa quicquam totius actus te subscribente complentur. Et consensus tuus
sta quicquam totius actus te subscribente complentur. Et consensus tuus
quitur, postquam voluntas iudicis explicatur. Agent qui talibus po-
quitur, postquam voluntas iudicis explicatur. Agent qui talibus po-
nentes ea implesse nimio sentias. Ita quippe per indictionem illam, ad illa-
te provinciam iubemus exercere, ut mixtus iudicis officio, competentia
tu loco tuo pagas. Et qui principes a nobis egredis, in illis civitatibus
accusseris. Venerabilissimum enim te omnibus facis, si quod de nomine tuo
creditur et in moribus sentiatur etc. Formula Comitive 25
Invitat nos consuetudo solempnis, et vobis ornatum officii digne
et priscos ordines excubantium custodire nostra enim laus est, si vos
romana militia comitetur, quando talibus ministris potestas agere
quod videtur praesentis sanctionibus convenire. Sit enim gotos nos deo
iuvante permixtim, ut et armis sint instructi, et equitate compo-
siti. Hoc est quod reliquo gentes habere non possunt. Hoc est quod nos
effecit singulares, si assueti bellis videamini legibus vivere romanis.
Quapropter ex officio nostro illud, atque illud ad vos credimus esse dirigendos
ut secundum praesentem consuetudinem, qui vestris iussionibus obsecundat
eos rationabili decanit antiquitate moderari, quibus gravium vestrum
conservandis annonis et consuetudinibus suis ex nostra iussione
probabiles. Debent enim a nobis diligi, qui a nobis meruerint depu-
tari etc. Formula comitive diversarum civitatum
Certum humus honor humane mentis est manifesta probatio 26
quia libertas animi voluntate propriam semper ostendit, dum se conte-
mpnit occulere, qui sibi alios cognoscit subiacere. Sed humane
mentis felix illa condicio est, que arbitrium districtionis sic iuste
moderationis includit, et sic rapit dignitatis brevissimum spatium
ut omnibus suis temporibus reddatur acceptum. Quapropter medium iudices
ad blanda descendunt, laboriosum quidem, sed non est impossibile
iustitiam suadere mortalibus quam ita timitor sepius bustitur

dignitatis attribuit. Ut et qui nesciunt mira, rem tamen mutatis ag-
noscant. Rectum est enim ut quod antea conceditur, sub monente iterum
eadem suaviter cumulatur. Et ideo non laborem plus imponere
quod eos constat et propria voluntate sentire. Facile enim sequimur
vestigia ubi alieni, qui se possunt monitore compelli. Propterea
per indictionem illam, in illa civitate comitivae ordinem secundi ordinis
tibi propitia divinitate largimur, ut cives commissos equitate regas
et publicarum ordines missionum constanter adimpleas. Cognatumque
tibi meliora presternimus, quando te probabiliter egisse priora senserimus.

Formula bonarum rerum possessionum

27 Utile est unum semper eligere, cui reliqui debeant obedire. Rema-
si voluntas diversorum vaga relinquitur, confusio ex parte
amica generatur. Itaque civitatis vestre comitivam per indictionem
illam, tali nos largitos fuisse noveritis, cui saluberrimam
pacem commodate, ut causis vestris ferat remedium, et missionibus
publicis per vices effectum. Ceterum quod si quis se probabiliter devotione
tractaverit, similia de nostris sensibus hanc virtute postulabit.

Formula principis militum [illegible]

28 Gratum nobis esse confidimus, quando militie vestre indices
destinamus. Ea tunc ordines vivos agitis quotiens
vobis non desunt priora meditantes. Relatura ista intellectu sunt nomina
si superiorem adveneris militem non relinquis. Apparitio enim tollitur
quotiens qui iubere potuit abrogatur, vobis ergo actum credimus
dum ad vos dirigimus dignitates, et tamdiu vos militare vos fa-
cimus, donec indices destinamus. Nec istud bene creditis beneficium
ut tum vos statis obsequium vobis conveniat electo cognitorum.
Et ideo per indictionem illam illum comitem militie vestre cognoscite de-
stinatum. Quem ita acturum esse putamus, tam in causis publicis
quam privatis, ut eum laus committetur optata. Cui devotionem
iustissimam commodantes in hiis que nobis precipit solempniter
obedite, quia reverentiam nostram, honoratam esse credimus, si bene hitos
nostros indices senciamus &c.

Formula de custodiendis portis civitatis

29 Nullatenus decenis fide dubium, qui ad custodiam civitatis
eligitur, quem probate conscientie constat esse credendum, quod fuit pro
securitate multorum. Atque ideo curam porte civitatis illius, nostra tibi auctoritate
concedimus, ut et inprobis non pateat adiectibus, et honoris non rece-
det accessus. Nam si porta semper observata sit, instar est carceris

Sit tibi ingressus pandatur introitus, nil prodit hic inveniam quod ego vere quod modestum, ut et custodie nocturne satisfactas et incompetenter eam claudere non permittas. Erit itaque in via civium et ingressus meritum singularium. Amicus sis copie, quam optas intrare. Et inde ego alimonis imitare venientes. Non est quod despiciatur, est creditum, quod quibusdam fautibus civitatis proponis, qui ingredientibus mutualibus posse nostrales. Quod te oportet sine querela perficere, ut in parvis agnoscere possimus, cui maiora credere debeamus etc.

Fformula tribunatus provintiarum

Agnitati convenit, ut unusquisque ad finem militie suo tempore 30
debeat pervenire, et laboris recipiat premium, pro compensatione meritorum. Unde quia per scrinii consuetudinem iam creditur, ut a nobis debeat designari qui vobis tribunus esse mereatur, ideo hac auctoritate censemus, ut ille quem locus invenitur exposcere vobis in supradicto honore prosideat. Ut suo tempore ad tempus venire constitutum optato honore potiatur. Omnia sunt ista iudicia non humana, ut quem superna ad debitum tempus voluit perducere, inito iudicatur, et laboris sua premia persistere excubiarum. Iam igitur competentia privilegia consequatur, quia nullum emolumentum consueto fraudari desideramus, quem sine culpis ad primatum venisse cognoscimus. Quapropter illi pro utilitate publica disponenti moris omnibus obedite, quia partem iudiciis habuit, priores qui a vobis requiruntur, ita quod a nobis insolentius excedatur etc. Fformula principatus

Cum in urbe Romana plurima sit excepta ad urbis Rome et intra sit parte ibi esse comitiati officium, ut publice utili- 31
tatis videantur impleri, meliore nostro prospeximus. Et quia principium Cardinalem obsequiis nostris deesse non patimur. Tu eius locum vicarii nomine in urbe Romana plenius debeas continere. Quatinus et ille primatus suis laboribus perfruatur. Et tu in altius honore possis discere, quod in tuo debeas feliciter exhibere. Et quos et comitiatores ad comitatum iudicaveris esse dirigendos consulens obsequio in tuo sublevabit arbitrio. Hii autem quos retinendos putaveris indulta serenitate patientur. Ita tamen ut vitissim omnia moderis quatenus nec excubantes continuus labor atterat, nec segnis iterum rubigo ocii fugienda comprimat etc. Fformula qua moneta committitur

Quamvis quidem utilitas publica fideli debet actione compleri, totum 32
tamen ibi quaeritur, ubi conscientie puritas non queritur, tum omnino debet monete integritas queri, ubi et vultus noster imprimitur, et generalis utilitas invenitur. Nam quid erit tutum, si in nostra peccetur effigie, et quam subiectus corde venerari debet manus sacrilega violare

Resistit. Additur quod venalitas cuncta dissolvitur, si initialia metallis vitiantur. Quando necesse est respui quod in mercimoniis corruptum videtur offerri. Quis ergo patiatur omnis esse commercii dispendia scelestia nutritorum. Ut detestabile vitium venire possit ad primum firmum quod ad formam nostre serenitatis adducitur. Claritas regia nihil admittit infectum. Nam si vultus cuiuslibet sincero colore depingitur, multo iustius metallorum puritate principalis gratia custoditur, aurum flamma nulla tinctura permixtionis albescat, argenti color gratia candoris arrideat, eris rubor in nativa qualitate permaneat. Nam si vindicare legibus putatur esse dampnandum, quid ille mereri poterit, qui in tanta hominum multitudine peccavit. Pondus quin etiam constitutum denariis precipimus debere servari, qui olim tam penso quam numero venderentur. Unde verborum vocabula competenter ab origine trahens compendium et dispendium pulchre nominavit antiquitas. Pecunia enim a pecudis tergo nominata Gallis auctoribus sine aliquo adhuc signo ad metalla translata est, quam non sinimus feculenta permixtione fieri contemptibilem, ne cunctis in antiqua cognoscatur reddere utilitatem. Proinde te cuius nobis laudata est integritas actionis, ab illa indoctis pergere quinquennium monetam curam habere precipimus, quam decernimus rex in certe primo inspexisse prohibetur. Ita ut tuo periculo non dubites queri, si quid nulla fraudis poterit inveniri. Nam sicut tam prospicis, si quid fortasse deliqueris, ita irremuneratum non delinquimus, si te egisse inculpabilem sentiamus etc. Formula legatorum gentium

tanto communiter se regimine ut iura quoque incessu-radi in positione cingatur
Quid per multa discurrimus legum generalis regula et preceptorum nostrorum pro
bitas ubique servetur etc. **Senatui urbis rome etc. Ca^m 19**

Laudabilium missionum causas plerumque prebet vituperabilis excessus alie
nus, et miro modo monumenta iusticie de iniquitatis occasione nascuntur
Solet enim equitas si culpa non vociferetur admissa, et feriatum quiescit
principis ingenium Quod non fuit aliqua querela perditum Congruentium
signis uotis adiecti Et frequentium querelas de rebus eiusdem in appellatione co
nomini iusticia quedam romane quieti edictali pro gravamine xii capitulis
sicut ius civile legitur institutum in eum servanda conscripsimus quae custo
dita tecum ius non debilitare sed corroborare potius videantur Hec in cetus
nostri splendore recitentur Et per triginta dies perfectus urbi locis celebrium

faciat solempniore proponi Ne nostra ciuilitate recognita spes truculentis
moribus auferatur Nam qua confidentia peruersus assumat · quod prius
agnouit dampnasse clementia Accedat amor omnibus discipline · per quam
et pena conualescunt et precia seruantur Deo enim exercitus nostros iuuante
deo crebris expeditionibus commonemus Vt unanimitate composita viuere
legibus sentiamus Reddatur hinc animo nostro dulcissitudo priorum · ut quem
reipublice utilitatibus cognoscitis occupatum rarissima querelarum aditione
pulsetur Teneant iudices legitimas districtiones / votum fedissime vena-
litatis abiciant metus cuncta componat si reus crimen in iudicante non
inuenit etc. **Ad uniuersorum prouincialium iudices etc.**

20 Cum nos prouinciis nostris iuuante deo arma reparatione praeterimus
nec deesse iudicia per uniuersos Italie fines distributa intelligimus
de inopia iustitie copiam venire causarum Culpa siquidem nostre proclamationis
esse negligentie quotiens ad nobis cogimur homines legum beneficia postula-
re Nam quis eligeret tam longe petere · quod in propriis iudicaret sedibus ad
venisse Sed ut nobis veritas excusationes et duras necessitates prouincia-
libus tolleremus de aliquibus capitibus hactenus pessimo tempore
neglectis edictalis programmatis definitionem censuimus Vt a nobis crescat
confidentia recte iudicandi et plancti audacia maligna possit minui
Quod more solempni per competentia publicos triginta dierum facite pro
positione vulgari ut iure condempnatus habeatur Qui post hec reme-
dia manere presumpserit despectus etc. **Senatui urbis Rome**

21 Aliorum causas iure ad primum cognoscimus remisisse personas ut ipsi
de illorum prouectu debeant cogitare · quorum interest studia romana pro
ficere Neque enim credendum est nos inde posse esse sollicitos Vnde et ge-
nus crescit ornatus / et cetum prouenit assidua lectione consilium Nuper
siquidem ut est de nobis cura nostra sollicita quorumdam susurratione cognouimus
doctores eloquentie romane laboris sui constituta premia non habere et aliquorum
nundinatione fieri, ut scholarum magistris deputata summa minuatur. Cum
igitur manifestum sit premium artes nutrire nephas iudicamus
doctoribus adolescentum aliquid subtrahi / qui sunt potius ad gloriosa studia
per commodorum augmenta prouocandi Prima enim grammaticorum schola est
fundamentum pulcerrimum gloriosa facundie que cogitare nouit ad laudem
loqui sine vitio Hec in textu orationis sic errorem cognoscit ab omni Quemad
modum mores boni detestantur extremum Nam sic musicus conso-
nantibus choris efficit dulcissimum melos Ita dispositis congruenter
accentibus metrum nouit decantare grammaticus Grammatica / verborum ma
gistra ornatrix humani generis / que per exercitationem pulcerrima lectionis
antiquorum nos cognoscitur iuuare consiliis hac non utuntur barbari
/ reges apud legales domos manere cognoscitur singularis Arma
enim et reliquie gentes habent sola reperitur eloquentia que romanorum dominis
obsecundat · hinc oratorum pugna ciuilis iuris classicum canit hinc cunctos
proceres nobilissima disertitudo commendat / Et ut reliqua taceamus hoc quod
loquimur inde est Vna dei patres conscripti / hanc nobis curam / hac

Nonus

autem propria diminutate largiuntur ut successor schole liberalium litterarum tam
grammaticus quam orator, necnon et iuris expositor comoda sui decessoris ab
eis quorum interest sine aliqua imminutione percipiat, et semel primi ordi-
nis ac reliqui senatus amplissimi auctoritate firmatus donec suscepti operis
idoneus reperitur Nec de transferendis nec de minuendis annonis a quolibet
patiatur improbam questionem Sed vobis ordinantibus atque custodientibus
emolumentorum suorum securitate potiatur prefecto urbis nichilominus constituta
servante, et ne aliquid pro voluntate prebentium relinquatur incertum Mox
ut sex menses exempti fuerint statute summe consequantur opa pcti mgri
mediam portionem Reliquum vero anni tempus cum annonarum debita redhibitione
claudantur, nec cogantur de alieno pendere fastidio, cui piaculum est vel horam
aliquam vacasse momento Utilitatum enim que sunt decreta volumus firmissime
custodiri Ut si quis eius interest differendum putaverit, habeat quam debita
feneratorum usuram, ut pro suo dispendia patiatur Quia iusta comoda lau-
dabilibus laborantibus plectenda cupiditate subtraxerit Nam si opes nostras sce-
nicis pro populi oblectatione largimur et ea studiosissime consequuntur qui ad-
necessarii non habentur, quanto magis illis sine dilatione prebenda sunt per quos
et honesti mores proveniunt, et palatio nostro facunda nutriuntur ingenia
Hoc autem patribus litterarum magistris venerando cetui vestro precipimus intimari
Ut sic agnoscerent nos de suis comodis esse sollicitos Ita ad se pertinere
adolescentium errores noverint corrigendos Cesset inde illa satiris doctoribus
querulus usurpata sententia Quia duabus curis non potest ingenium occupari
Erit iam hic tollerabile probantur hospitium Unde nunc nimio cui solici-
tudinis ingenio inherentes toto vigore animi ad bonarum artium studia
transferantur etc. Paulino viro illustri Consulari etc.

Indiscreti hominum mores confusis quoque vagarentur Si aut culpa formidinem 22
aut virtus premia non haberet Sed cum utraque suis finibus propria que terminate
laudantur de illo nephas est ambigi, qui meruit eligi iudicio princi-
pali Non enim quemquam aut odio deterrimus, aut pellecti aliqua gra-
tificatione laudamus Electio nostra devitus venit Et tanto quis regali
animo prefertur, quanto bonis studiis societate coniungitur Nos vero eciam
absentes nec scitis de principibus ignoratione solliciti latere possit forsitan
vulgare hominum genus Nescire non possunt patres senatus Quando bene noti
sunt Quoniam mites assentiunt Et abunde cognoscitur quisquis fama teste
laudatur Quia propter te longissime constitutum nectis nostre oculis sensus
inspexit, et vidit invictum quod non habebatur occultum propositum siquidem
tuum celebritata dilatavit opinio faciens fidem generis morum pondere
non etate, neque enim phas erat, ut quem familia tanta producerat sententia
nostra meo corrigendum aliquid inveniretur Germen generis morum fructibus
redidisti, Nil nobis etas longa subduxit antiquos in te Decios ro-
ma cognovit Decios inquam prioris seculis honorata per sapiens libertatis
auxilium, unde decus romani nominis singulare provenit Cui speras

ascriptum est, quod immanissimum hostem statu reipublice periclitante euasit et in tanta mirore fortium multitudine solus inuictus est, qui priam plus amasset. Hec nos exempla submonendo semper attendimus qui magis uerecundie. Similis est laus patrum dum illis non patimur esse impares, quos gaudemus auctores. Et ideo quod deo auspice dum sit per indictionem undecimam summe insignia consulatus honorem quidem ardium, sed familie nostre domesticum uos eum complecte paginam consularem. Vos crebro nominat turpis amore. Et dum copia plerumque soleat hic fastidium nomen uestrum repetitum semper efficitur gloriosum. Hinc germana masculorum denique qui superna fuerunt prestando dependens prima felicia germina masculorum. Hinc quod in illo rerum capite collegam iuxta meritis extitimus. Hos hectis meritos qui parentes ex tempore singulare preconium. Curia romana completur pene nostre familia. Esse uero unum dicendum est corpus quando constat uicinum sibi genus societate permixtum. Sed non remittas animos confidentia tuorum. Nec credas sufficere quod tibi contigit de illorum preditatione gaudere plus exigitur heres bonorum, quando sine cessatione compellitur qui maiorum uirtutibus admonetur. Adde laudes egregias senioribus tuis sequens etas tuum aliqua opinabili nouitate succedat. Nam si gloriosum est posteris auitas extendere facultates, quanto prestantius est hereditarias augere uirtutes. Mores tuos domesticos comparatione laudauimus, sed maius aliquid iuuit dicere publicis exhibere conspectibus. Unde sibi nec etas tenera blandiatur, nec metus quisquam uendicet nec magister assumat etc.

Senatui urbis Rome etc.

22 Quid patres conscripti de nobis iudicemus expedit, ut ad summam curiae dignitatem quorum genus uestri uiros quos ingenii iudicemus eligamus non fastidio negligentie sed honorabili presumptione, nec ad examen ueniant, qui putantur iniecta. Nam quis de illa re estimat liberum, ubi me reperitur ambiguum. Omnis quidem benignitas uestra complectitur, sed tales uitae testimonio preditamque precedit quidem gratia, sed sequitur incorrupta fama. Nam per id unum corpus est nobis. Ita in unum laudabili proposito conuenit. Vos ergo dixisse uideri est. Unde libertatis augmentum, et uestri imperii creuit ornatus. Verum tamen semper in semine sunt, fructus editi prodit auctores, et quicquid meremur, a dignitate de felici prole colligitur. Hinc est, quod patrum uenantium sub admiratione pensemus et secunda prole gaudente, et tot consulatibus premia educauit cum liberos, nulla districtione laudandos pondere moderationis equales ingenii ubertate consimiles, et more societate uero germanos

quorum infantiam bonis artibus erudivit, Iuventute quoque armis exercuit, formans animum litteris, membra gymnasiis, tradens amicis exhibere constantiam, dominis fidem, et quicquid in viro gratia divina concessit integra perfectione transmisit in eius posteros. Iactant se alii possessione completos, cumque bona putent solas esse divitias. In hac autem domo non tantum patrimonii, sed et in virtutibus additur hereditas. Hoc est perfecto quod vere amicitie fecit, quando nullum melius potest esse compendium quam laudibus crevisse maiorum. Probatum est etiam in eo bonis dispensatoribus nil ad esse alienum contemnens, ipsa sui moderatione distribuens et inusitata laude mirabilis, nulli gravis, tot protulit consulares. Recipientes hec audiens fructuum honorum agnoscat se patronum hic Anemiam divinum, et ne tot lumina paterna singulariter fuisse laudatum. Nam si homines ornat semel accepisse palmatam, quid ille censendus est qui tot metitur in filiis consulatus? Et ideo patres conscripti alumpnum nostrum Paulinum aurea dignitate vestimus, ut iuventus eius, que fulget mentis trabea, quoque resplendeat triumphali. Hunc honorem Deciorum familia non miratur, quorum plena sunt atria fastibus laureatis. Aliis rara dignitas ista contigit; in hoc Deciorum genere pene nascitur consularis. Favete igitur patres conscripti meis muneribus et vestro in filiis bonorum candidato. Nam licet in imperio omnibus generaliter patres sint et estis specialiter et parentes. Nomen vestrum active similitudine donatum fidelissima termini appellatione confirmat. Non translaticia usurpatione vocabuli, sed honora sorte nascendi. Tedent nos hinc felicitate divina pertinax, ut licet gratiam prestetis exortis prole nostra ornatius gaudeatis.

Senatui populi Athalaricus Rex

Si te voluntas nostra ad hunc latentem, aut in honore forsitan invenisset, gauderemus quod recepimus. Sed bene dubitaremus sanctorum gratia spei magis cum fructus in novo est. Sed cum domni avi nostri immensis processibus magno quoque indicio gloriosis meritoriis res est disceptatione subdere, quem vix possimus sub admiratione predicare. Tanti quippe principis non examinanda, sed veneranda sunt iudicia. Gratia non potest de factis eius ambigere, cum et nos ab ipso cognoscamur electi. Quod divine supplicant semper assiduis exegit meritis, ut illa facerent, que superna gratia custodiret. Nam que ille virum aut exercitibus perficiens cum victoria non recepit, aut meritum ingens non mitissimum comprobavit. Cum futuris rebus crederes hunc tractatum. Nam quod concepisset 28

animus reddebat semper effectus, miro quodam sapientie studio non habebat dubium
quod vaticinando previdebat esse venturum. Denique ex te probare possumus
eximium principis institutum, quem primevum recipiens, ad questoris
officium mox recepit conscientia preditum. Et legum eruditione maturus
fuisti nimirum maior tempore laudis ut illi sit ad omnia sollicitum
inoffensa redderes famulacione securum. Dum molem tantam
regalis ingenii fatidice tue viribus sustinens de meditationibus
amenum de ad iusticiam rigidum, te habuit a cupiditatibus alienum.
Iusticiam quippe tuis nulla ab honorabilibus taxacione vendebas ut
honor ad opinionis divicias proficeret. Dum nunc precio subiacerent
Hinc est quod videbaris equissimo principi gloriosa dilectione sociatus.
Aderat enim amicitiis probabilis sequestratione diviciis. Interpella-
cium te ponderibus sapientissimus arbiter onerabit, tantumque de
animi tui cognita perceptatione presumpsit, ut in beneficiis votum tuum
prestaret exspectantibus sine aliqua cunctacione indultum. Quotiens
ille te gaudentis precibus imputavit dum non sufficerent ad pri-
mordia tua quos tanta longinquitas etatis instruxerat. Erat
plane quod in te predicaret eximium animi ad promerendum beneficia
patulus. Et contra vicia cupiditatis obstrictum. Dum nescio quo
pacto rara est in hominibus manus clausa, et apta iusticia. Ve-
nimus ad magistriam dignitatem, quam non petisti sed moribus
nostris suffragio consecutus. Uno loco positus semper questoribus
affuisti. Nam cum opus esset eloquio defectato causa tuo pro-
tinus credebatur ingenio. Erigebaris a benigno principe, quod
se non vacat minime commisisse. Et quadam gratia premeditali va-
cabat alios labore, ut te sine copiosa laude compleret.
Non enim proprios fines sub te ulla dignitas custodivit, quando constru-
cte constat creditum, quod a multis fuit patribus sanctissime paratum.
Restitit quisquam de te murmurare contraria, cum enim de principali
gratia sumeres invidiam derogare cupientes integritas vincit ac-
cusationis adversus tui sepe locuti sunt coacti, quod animus non habebat.
Nam quelibet malitia formidat contra manifesta bona aliquid
proferre. Dum qualibus odiis exponi egisti rerum dudum videtur
familiarem, et in tuo protectum. Nam cum esset princeps tanta cura na-
tivitatis suas prudentium actus fabulis exigebat, et factis propriis
se equaret antiquis. Stellarum cursus maris sinus fontium
miracula rimatus antiquissimus vel acutissimus inquirebat ut
rerum naturis diligentius perscrutatus quidam purpuratus videretur

Nonus

esse plus / longa fiunt si cuncta proferamus / que potius ad beneficia nostra
convertimus. Et quod ab illo cognoscebantur deberi ab herede imperii et semias
iste persolvi. Quapropter iuvante deo, quo auctore omnia prosperantur, ab indictione
duodecima in prefecture pretoriane te suggestu atque insignibus collocamus. ut
probatum iudicem sine metu provincie suscipiant / quas hactenus improborum
cognovimus actione fatigatas. Sed quamvis habeas paternam prefecturam italico or-
be predicatam aliorum et tamen exempla non ponimus vetera moribus tuis. et
omnium vota complesti pertinere iuvante deo glorie temporum. quem ~~semper~~ semper
ante nominis expetitum. Nam si te continentem vel credimus et dignitas se-
stum probavit. Hoc est secretum ambitiosa superasse solitus es quando iusta non vend-
ideo nunc oportet in pessimis legis per iniuriam subvenire. Invigilet incorrup-
tibilis sensus ad nostris mala cupiditas manus. Excludatur undique studium
fraudulentum. Tamen hoc dignum est per iudicem provenire sincerum diutius
quod differendo per te cunctorum vota lassamus. Ut et benivolentiam in te pro-
baremus generalitatis, et cunctis desiderabilior adveniens. Hec enim hoc huma-
na conditio, ut celerius adepta fastidio fiunt. Diu in esse protinus vilescit obla-
tum. Et contra dulcius accipitur / quod sub equa dilatione prestatur. Sed
non simus tantum modo de tuorum temporum laude contenti, perquire omnia ad ti-
tulos prefecture pretoriane pertinentia que aliorum visa est fraudare cupiditas.
Non liceat quemquam gloriam futurus a prindictis prius luce te immunissimis reb-
celatis / quando nec prudentie tue cuiusquam potest illudere, nec fidem equa obla-
tione temptare. Constitue et hinc regalem dignitati, qui ante actis fastibus
miraculis continentie exempla prebuisti. Nam licet omnes pene honores summis
equaliter egeris, hec tamen preposita cognomine bona, ubi nulla decet esse iniqua
lucrum enim dictorum est crimen non habere. Hic honesta probatur ambitio, cuius
est et inimicitias placere. Omne siquidem predicandum, quanto pressius queritur
tanto gloriosius invenitur.

Senatui urbis Rome

Humulavimus quidem patres conscripti beneficiis nostris copiosum virtutibus 27
divitem moribus plenum magnis honoribus senatorem. Tamen si merita
consideretis debemus omne quod solvimus. Prima enim compensatione comme-
dandus est qui annos dominantium complenda sepius predicatione complevit
dignitates sibi creditas eximia gravitate tractavit, et unus est tempera-
facere / que multo laudarentur in principe. Trahebat regnantium animum
nitas et disertitudo dictorum cum sit omnia retulit, ut miraretur ipse
qui fecit. Allegavit enim solus, quod omnes iuvaret, et dum purpuratus
auditori suo faveat laudes gloriosum nobis regnum fecit imperium. Commendat
enim suam gentem. Cum oratione placabili permisceret regiam sinnitate
quando ex nobis et alter talis creditur, equo similia postuletur. Patres quoque
clementie nostre in ipsa tria libertatis, qua disertitudine devotus asserunt
Hercolitis quemadmodum facta eius nobis excolebat orator virtutes reprimis
plus mirabiles facientes quam honores. In absoluto datur probare

Liber nonus

quod diximus. Estimate patres conscripti quali gratia pro meritis ab illo respici
agrorum se corpore sicut videbat ornari. Gloriosis quippe donis gratiora pre-
conia qui ebuta. Verba stipendium et titulo percipitur, predicatio autem
nisi bono principi non debetur. Quid pro malis nostri creditis. Huius tantum
fuisse contentum, ut dominos mereatur laudare superstites. A quibus dum vicissitu-
do primorum forsitan queritur laboris tedia non sentiuntur. Tetendit se etiam
in antiquam prosapiem nostram lectione discens, quod vix maiorum cana insti-
tuta et noticia retinebit. Iste reges gotorum longa oblivione celatos latibulo
vetustatis eduxit, iste amalos cum generis sui claritate restituit evidenter
ostendens in septimam decimam progeniem stirpem nos habere regalem. Ori-
ginem gotitam historiam fecit esse romanam colligens quasi in unam
coronam germen floridum, quod per librorum campos passim fuerat
ante dispersum. Perpendite, quantum vos in nostra laude dilexerit, qui vestri
principis nationem docuit ab antiquitate mirabilem, ut sicut fuistis a maioribus
vestris semper nobiles estimati. Ita vobis antiqua regum progenies im-
perat. Quapropter patres conscripti, et si ad hunc referre nolumus collata
beneficia, superantur. Nostris quoque principiis quanto se labore concessit, cum
novitas regni multa posceret ordinari. Erat solus ad universa sufficiens
tiens ipsum dictatio publica. Ipsum consilia nostra poscebant et labore
eius actum est, ne laboraret imperium. Repperimus enim quidem magnum,
sed implevit nobis questoris officium, et nitores iustissima devotione
persolvens cautelam quam ab auctore nostro didicerat libenter heredis uti-
litatibus exhibebat. Verum huius aliquid magnis adiciens primordia
regni nostri et armis iuvit et litteris. Nam dum cure litterarum regias cogi-
tationes interessent subito a litterarum penetralibus eiectus par suis
maioribus dictatum sumpsit intrepidus. Cui quia deesset hostis mo-
ribus triumphavit eximiis. Nam deputatos gotos propriis pavit
expensis, ut nec provinciales perteceret nec fiscum nostrum expensarum
oneribus vigilaret. Arma eius nulla possessorum dampna sen-
serunt. Fuit utrarumque provinciarum verissimus custos. Nam ille defensor
proprie dicendus est, qui tuetur innoxie. Mox autem ut tempus clauserit
navium commeatu belli quoque cura resoluta est integrum suum legum po-
tens doctor exercuit. Causas sine dampno litigantium, quod ante con-
stabat sub precio laicatum. Talem metelli in Asia. Talem Cathonis
in hispania legimus fore dictatum, qui plus de sua disciplina quam
per arma laudati sunt. Nam victoria, quia hostem congredi necesse
semper eventus est, indubitata non gloriam morum custodisse mensuram. Er-
go unquam tali actione promeres, a qua se elatione iactavit, dum fa-
miliare est hominibus extolli, cum bene de se cognoverint estimari. Bo-
ne tanta se communione tractavit, ut et principis sibi gratiam ad
beneficia tantum crederet esse concessam benivolus et modestus

in prospectis ignorans nisi grauius lacessitus irasci. Remi cum sit iusticia
regendis ad remissiones iratum. Et dum nesciat aliena querere, propria largius
nolebat offerre. Hos igitur mores diuina lectio solidauit, qui bene semper geritur
si celestis metus humanis motibus opponatur. Hinc enim utilium omnium
sumitur manifesta cognitio. Hinc sapiencia mentis sapore conditur. Sic ad omnia
redditur abilis, quem imbuit doctrina celestis. Hunc ergo patres conscripti deo au
spice duodecima indictione prefecture pretoriane regendam tribuimus dignitate
ut que las annos in solaciis fidelium indignacione tollitis deo prestante sua inte
gritate componat. Faciat quod tam nimium desideratus, ut timeris possit esse beneficio
Assumit superna dispositis ut quem nos probauimus longa conuersacione prudentem
prosperrimus sibi fidelissimus nobis utilis reipublice debeat inueniri. Et reliquum
postis famam per quam gloriam seculis suam facit esse familiam etc.

Incipiunt tituli libri decimi

Iustiniano imperatori amalasuinta regina
Iustiniano imperatori Theodahadus rex
Senatui urbis Rome th rex
Theodosio homini suo th rex
Patricio uiro questori th rex
Senatui urbis Rome th rex
Iustiniano Augusto amalasuinta regina
Iustiniano Augusto th rex
Theodore auguste amalasuinta regina
Maximo domestico th rex
Senatui urbis Rome th rex
Senatui urbis Rome amalasuinta regina
Senatui urbis Rome
Populo Romano
Iustiniano imperatori
Senatui urbis Rome
Iustiniano Augusto
Theodore auguste
Iustiniano imperatori
Gudelina regina
Iustiniano imperatori th rex
Theodore auguste

Incipiunt tituli

Iustiano Imperatori
Senatori populo
Theodor
Honorio prefecto urbis rome
Theodor
Universis gottis
Vintigis
Iustiano imperatori
Vitigis
Iustiano imperatori
Vintigis
Magistro offitiorum
Vintis
Episcopis suis
Vintigis
Prefecto Thessalonicen
Vintigis

Iustiano imperatori Amalasuntia regina

Tardo clementissime principum vobis amore inhesimus ut distulerimus
hactenus vindicare filii nostri glorie recordationis occasionem, ne a-
mantes lederemus animum prestitiam maiorum. Sed nunc immatura do-
mini conservavit caput asperos in prospera commutare. Illa magis clarissimus
in vestrum desire noticiam. De quibus participata exultationis nobi-
scum positi gaudeatis. Amat enim divina munera diligentibus consiti
proximus ad sceptra virum firma nobis proximitate coniunctum, qui
regiam dignitatem communis nobiscum consilii robore sustineret, Ut et
ille avorum suorum purpureo decore fulgeret et animos nostros solacium
prudentis erigeret. Iungite nunc vota felicia, ut sicut nos in imperio
pietatis vestre omnia fieri prospera desideravimus expetimus. Ita nobis faveatis
ut vestram benivolentiam comprobemus. Pacto itaque initio quod nobis proge-
nita clementia credimus esse votivum. Addimus etiam gratissime le-
gationis offitium, ut parentem quem semper mente gerimus etiam in retineatis col-
latum. Additione quoque tempus protolos. Nam licet concordia principum
semper deceat vincula tamen absolute me nobilitat quando ille redditum amplius
excelsus, qui nostre glorie fuit unanimitate coniunctus. Sed quia epistolare
brevitate universa sufficienter nequeunt expediri, salutantes reverentia
competenti quedam legatis nostri verbo nobis insinuanda commisimus

Decimi libri

Ut ab omnibus cunctae consuetudine nostre sinceritas libenter accepta, devotio mansuetudine venerationem possit agnosci quod iuste nos probamus diversa mansuetudine pollicitari. Convenit enim de nobis indubitanter presumi et nos pro desiderio polliceri. Convenit enim de nobis indubitanter presumi et nos pro desiderio vestro in hiis quos commendatis talia faciamus qualia vos sperasse cognovimus.

Iustiniano Imperatori Atha

2m

Bonis regibus mos est per diversas gentes provectus sui gaudia nuntiare, ut acquirant affectum principis exteri de ipsa communione regnandi. Quod facienti michi piissime imperator, multo melius omnia provenerunt, quando vestram gratiam securus expecto, quam presentis sapientie dominam sororem vestram nobis peperisse cognosco. Ab eius enim iudicio me nullatenus devitare certissimum est. Que tanta sapientie luce resplendet, ut et ipsa regna mirabili dispositione componat et pro suis cunctis gratiam robusta firmitate custodiat. Ideo enim me tuarum partium fecit esse socium, quatinus et ego illos diceret sive venerandos. Quare fecit ipsa fecit esse pacificos prudentie sue more diiudicans. Vot sibi amicitias eliget, qui in toto orbe simile michi habet. Neque enim nova est ista dilectio. Nam si decessorum nostrorum facta recolitis, agnoscitis quandam esse consuetudinis legem cum illo imperio semper amalos amicitiam habuisse. Nunc tamen tercior, quantum vestrior. Regina facile mutari non potest, quod per longa tempora serta custoditur. Suscipite itaque affectuosissimis mentibus, et nostra primordia et domine sororis nostre, cui singulare studium fore iudico. Nam si me simile diligitis regem quondam nostrum patre efficitis. Sed cum nos amplius loqui desideria nomitatis exposcimit, et lectoris sermo narrat plurima non patitur. Ideo tantis mittis pro dignum est salutationis honore completo. Harum portitoribus legatis nostris a qua pietate nostra delegamimus intimanda. Nam nemo utilius tractat quam qui nostre mansuetudini committe sua vota deliberat etc.

Senatui urbis Rome Regina

3m

Post flebilem filii nostri domine recordationis occasum vincit animum pie matris generalitatis affectio, ut non interiores sui causas, sed vestra potius cogitaret augmenta. Quesivimus regales curias, quo solatio fulciremus. Sed auctor ille caritatis et nunc singularis, qui nobis preciosum subtrac tum erat filium maturi fratris reservavit affectum. Elegimus Deo auspice consortem regni nostri felicissimum Theodahadum, ut que hactenus reipublice molem solitaria cogitatione pertulimus. Nunc utilitates omnium mentis consiliis exequamur, quatenus in tractatibus duo in simul unus esse videamur. Astra ipsa celi mutuo reguntur auxilio, ut vicario labore participato mundi suis luminibus administrant. Ipsi quoque homini duplices manus, socias aures, oculos geminos, divina tribuerunt, ut robustius pagere offitium quod duorum fuerat societate complendum. Exultate patres conscripti, et factum nostrum superius commendate virtutibus michi reprehensibile

desideravimus agere que cum consilio alterius cuncta eligimus ordinare. Commo-
nis siquidem regum mores asserere quando placabiles iuste esse creditur, quam
potestatem sine socio participem comprobatur. Accersivimus itaque deo iuvante palacia
virum generis nostri claritate conspicuum, qui Hamalarum stirpe progenitus
regalem habeat in actibus dignitatem, patiens in adversis, moderatus in pro-
speris. Et quod difficillimum potestatis genus est, olim rector sui. Accessit huius
bonis desiderabilis eruditio litterarum, que naturam laudabilem eximie tradat
ornatam. Ibi prudens invenit unde sapientior fiat, ibi bellator re-
perit unde virtute animi roboretur, inde princeps accipit quemadmodum
populos sub equalitate componat. Nec in aliqua in mundo potest esse fortuna
quam litterarum ratio(?) augeat gloriosa noticia. Accipite quod magis generalitatis
vota meruerunt princeps noster etiam ecclesiasticis litteris est eruditus, quibus
semper omine prospero commonemur, vera iudicare, recte bonum sapere, divina
venerari, futura cogitare iudicia. Necesse est enim, ut sequatur ipsius
vestigium, qui doctrina divina causam se credit dicturum esse. Videamus
quam divina lectio attrahens ingenium semper invitat efficere. Primum remanens(?)
ad illam privato tempore largissimam frugalitatem, que tantam protrahebat
domus abundantie communis copiam, ut consideratio eius antiquo studio
nichil novi habere videatur in regno. In hospitalitate promptus, in misera-
tione piissimus. Sic cum multa expenderet, census eius celesti remu-
neratione crescebat. Talem universitas debuit optare, qualem nos pro-
bamur elegisse, qui rationabiliter disponens propria non appetat aliena. Tol-
litur enim necessitas principibus excedendi, quotiens assueverit propria mo-
derari. Laudata est nimirum sententia, que rerum precipit modum. Ama mi-
nimum non placet etiam quod bonum putatur. Gaudete nunc patres con-
scripti, et superne gratie pro nobis vota persolvite. Quando talem mecum
constitui principem, qui et de nostra equitate bona faciat, et propria pre-
pietate ostendit. Hunc enim et maiorum suorum commonet virtus et avun-
culus efficacie excitat Theodericus. Etc.

IIII Senatu urbis Rome

Omnia nobis beneficia patres conscripti premisse feliciter nunciamus, quod
dominam rerum toto orbe gloriosam consortem me regni sui lar-
ga pietate fecisse, ut nec illi deesset fidele solacium, et nobis ha-
bitum congrue prestaretur imperium. Suscipiatur gratissime, quod
generalitate constat optasse. Deserventur nunc sine metu vota cunctorum,
ut nec periculum(?) pertuli(?) inde me universitas cognoscat orari(?). Presumpsistis
enim me in votis susurrare, quod palam non poteratis assumere. Cer-
tum vobis deinde hinc datur intelligi, ut illud michi festinanter
divinitus eveniret, quod meus animus non audebat appetere. Hoc nobis
est potius novum, quam nobis incognitum. Magna ergo gratia com-
pletum debet accipi, quod velocius quam oportebat videatur optari.
Sed siquid de nobis meruit, tamen in plurimum apud nos valere magis
gratiam confidamus. Domine et sororis mee gloriosas laudes iugiter pronunciate

que magnitudinem imperii sui nimia noluit participatione roborari. Ut
quemadmodum in duobus luminibus unus esset aspectus, et concordem
consensum nemo crederet segregatum. Sic sunt enim similes quos et gratia
iungit, et parentela conciliat. Quidam sibi hoc forsitan estimant
impares mores. Difficile est aliter eos unire qui sibi putant bonarum
cogitationum similitudinem convenire. Consilium quippe proprium imitari
decertat inspiciendus. Sapientem illum non querit in alto penes quem
est scientie magnitudo. Sed inter multa miracula, que nobis tamen
regia maiestate divina fulserunt illud amplius permulcet
animum meum. Quod nos sapientissima domina tenuitate magne di-
gnationis, cum prius eo institutum pertulit, ut prius ad eius provectionis
gratiam pervenirem. Causas enim ut scitis nunc communi nos fecit
dicere cum principatu. O animi nobilitas singularis. En eximitas mi-
rabilis, cum multa loquatur non dubitavit parentem prius in principio
subdere, quam panloplius nollent ipsis quoque legibus anteferre. Ex-
ploravimus eius conscientiam, cui erat regni tradita censura. Ut et
illa domina cognosceretur esse cunctorum, et me probatum perduceret di-
gnatur ad regimen. Quando huius muneribus, quam solvamus tante
gratie que debemus. Ut que parvulo filio imperavit sola, me-
cum regnare delegit sociata. In ipsa est enim omnium decus regum. De humilitate
In ipsa enim nunc originis flos honorum, quicquid fulgemus ab eius
claritate suscipimus, quando non solum parentibus laudem contulit
sed ipsum quoque genus humilitatis ornavit. Quis possit sufficienter
edicere quanta pietate, quanto morum pondere decoratur. Discerent
profecto nova philosophi si viderent, et maiora libris suis faterentur condita
quam hinc cognoscerent attributa in tractatibus antiqua, sed ad lo-
quendum summa moderatione gravissima. Hec est regalis procul
dubio virtus celerius necessaria sentire, et tardius in verba pro-
rumpere. Novit enim penitentiam loqui, qui profunda prius
tradit examini. Hinc est quod eius doctrina mirabilis per multi-
plices linguas nostras magna ubertate diffunditur. Cuius inge-
nium ita patrium repetitur ad subitum, ut non putetur esse tene-
num. In libris regum regina austri venisse legitur ad discen-
dam sapientiam Salomonis. Hinc principes advenient, quod sub
admiratione cognoscant, paucis verbis sensus clauditur infinitus
et summa felicitate componitur, quod ab aliis, nec sub longa deli-
beratione formatur. Beata respublica que tante domine guber-
natione gloriatur minus fruitur, ut generalitas sub libertate serviret. Ad-
ditum est tantis virtutibus ut omnibus subderetur, et reverentia principalis

Hoc enim obsequio dignissime donatur Nam cum tante pruden-
cie parco cunctis virtutibus obsecundo. Sub tali sequimur monitore
regni pondere gravamur. Dum si quid sit pro novitate cognitum
fiat nobis eius instruccione certissimum ad bonum publicum meta
tem non pudet confiteri. Agnoscite principes viri sapientissime et
domine quod in nobis plus potuit placere. Illam enim aut interro-
gando melius sentimus aut eius imitacione proficimus. Vivite
nunc felices vivite deo auxiliante concordes et emulamini gra-
ciam qui regiam cognoscitis tenere concordiam etc.

xxiii Theodosio homini pio rex

7 Potestatis nostre terminum terminum volumus esse modestiam,
ut quantum divina beneficia percepimus tantum equabilia plus
amemus Privata siquidem studia animo animo probantur excelsa.
Cum sumus qualis dominus permittos primo deo auxiliante vic-
torum Et ideo primam missione percepimus ut quantumque ad dominum no-
stram noscitur pertinere et cure tue probatur esse commissus ullis
presumpcionibus insolescat Anima solus dicendus est ille meus qui
legibus potest esse emulus. Augete famam nostram per pacienciam
nostram Si quis hunc cum alio forte negocium ad comicia nostra de-
scendite foras nos tueatur non iniqua presumpcio A domesticis
inchoare volumus disciplinam ut reliquos pudeat errare, quando
nostris cognoscimur licet excedendi licenciam non prebere. Intantimus
cum dignitate propositum et si districta ante nostra defendimus Nunc
ergo clemenciam omnia mitigamus quia domum exceptam non habet
princeps Sed quicquid domino auxilio regimus nostrum propositum
Estote ergo circa eos qui viri nostro ante fuere subiecti omino soliciti
Nullum contra legem aliquid permittat excedere laus ad me vera
potius perveniat qui aliqua querela procedat quia bona conscia
tunc vere imperat cum generaliter prestare festinat etc.

xxiiii Patricio viro questori

6 Necessarium probatur rei esse publice personas dignitatibus
aptas eligere cum iusticia committitur malis moribus non
gravaretur Alioquin necessitas est ab homine exigere quod ag-
nitum non habere contra confidenciam queritur quod in esse sentitur
Et ideo primum nobis placuit tuos mores inspicere quibus possunt
quelibet optima displicere Ornamentum enim honoris omnium est sancta
benignitas que non est sola eo quod de virtutibus sola cognoscitur
esse generata Ordinem sceva nostre indicii ut sciunt hec prima

Decimus

quesimus Ita te custodire iustitiam per omnibus sentiamus Secunda
nobis cura fuit eloquentie tue fluenta perquirere quolibet singulariter
diligamus moribus tunc iuste postponimus In illis enim vita cogno-
scitur hinc tantum lingwa laudatur, sed iure valde decorum, quod
utrumque quod hic nostris sociatum Equalis enim splendes actionis me-
rito, et dictiones eloquio ut iuste possit intelligi, per te voluntas
principalis expedi Nam in tota oratoriam sic diligimus ut quod
ornamentum omnium lucidum esse literature Et undique in qualibet disci
plina conspicitur, ab ista prius decore profertur Repiat quamvis ma
gna plus quod perderit sentire, si laudabiliter non possit extollere
Naturalis est invenire, sed facundi decenter astruere Tale enim
est cunctis desperantibus loqui, et res commissas ita diserte dicere
quasquas etiam presentes se videntur audisse In hac te cogno-
vimus arte prevalidum ut et suadere possis sanius, et suggestio
nibus tuis nescias maligna miscere Atque ideo questure tibi
fasce per tertiam decimam indictionem gratia divinitate concedimus
ut facias qualitatis notum indicatorum sequendo indicium. Totum
te legibus, totum responsis trade prudentum Sic nobis optime
familiaris si presidentium servas constituta Considera in vobis tuis b
laudem positam principale fama nostra est, quod loquens conspicia
me dubitatorum quod sentis Intellige quantum sit quod a te exhibet
cum oppinio nostra committit hec subiectos nostros amplectitur
hec per gentes exteras pervagat per hanc ubi non videmur
agnoscimur Decreta nostra tradunt civitatibus provintiis quod sermo
nes indicare de nobis certa probat qui nostris iussionibus obsecutur
Summo ergo studio constat esse servandum quod de nobis ple ferre
inditium etc. Senatui urbis Rome

Post primordia nostri imperii vobis feliciter initiata consilia nobis A
contingit patres conscripti causa sermonis, et indicio nos co-
gnoscatis elegisse cuius nos lingwa possit ornare Nestor
enim eloquens reipublice dictus est, qui et nota nostra optime
indicatur edicere, et antiquorum iura firmo consilio custodire Hic
enim est patricius prius iam notabilis honoratus Nam perpetua
fruitur laude, cui est honor in nomine cuius affluente facundi
tiam studia romana genuerunt ostentans iuxto de locis

dignitate patriciam Nam qui illic potuit imbui meruit ubique lau-
dari Ibi defecatus sermo latinus est, ibi distinguntur uerba toto mundo
sentencia Alie regiones dirige uina balsama et olentia thura
transmittant Roma tradit eloquium quo suauius nil sit auditum
Hic bonis artibus eruditus, mox est forensibus aptatus ex tubiis
oratores quos longa meditatione preparat consimili declama-
tione monstrauit Notum est et quanta cum collegiis suis moderatione
contendit Certaminibus eius modestia semper affuit distendi tale-
re raptatus inuenit laudabilius inuentus Non quod plerique facunde
nouit iniuriis qui sic perorauit causas sub tranquillitate ut
mores proprios asseret Contendisse siquidem non litigasse raptus est
Alienam enim causam faciebat suam gloriam Nam sic cognitus
est uincere, ut probaret concium animum non lesisse Talem itaque mixe
non decuit dimittus iusticiam non potere / sed dotere. quia iudiciaria
uirtus est lingue bonis abundare / et mentis temperantiam custodire
Cognoscite patres conscripti quem fieri uelimus qui in iudiciis primum
mores eligimus in ea magnis dignitate que mira consueuit
edicere Non enim temporibus nostris potestate regia est armata questure
sed de legibus probatur esse composita Velle enim nostrum antiquorum
principum voluntas quos imitatio desideramus imitari / quid ibi
sunt iusticiam constituti Illa enim est uenerāda priorum auctas / que
arcto tramite non declinat Sequendi enim utilitate relinquit
posteris / qui iusticiam suis miscuit constitutis Et ideo patres conscripti
per decimam indictionem illustri patricio questure contulimus digni-
tatem Ut qui est clarus nomine magnificus etiam sit honore fo-
uente in cuius uestra iudicia Ut quod nos preposuimus nobis placitum
nichilominus senciatur etc

Justiniano Augusto regina etc

8 Ita nos gratia uestre pietatis oblectat, ut conspicimus ad decora uestrum
post preferre libenter animis uestrimus partibus postulare Gemma claua
nobis diuina tribuerunt / ut et nos eius affluentur muneribus abun-
detis, et aspirantibus benigno animo que sunt necessaria concedatis
Et ideo mansuetudinem uestram reuerenter salutans harum porti-
torem illum ad excellentie uestre beneficia destinaui / ut marmo-
ra uel alia necessaria que quondam calogonitum comparare fecerimus
per predictum portitorem ad nos peruenire domino sancte iubeat Ut cog-
scamus nos a pietate uestra tenere diligi / quorum facitis uota com-
pleri. uestra enim gratia est noster ornatus Credo nos prestitisse

Decimus

cognoscit / quod nostris laudibus applicatur. Decet enim ut orbis iste roma-
nus in amantie nostro resplendeat, quem amor nostre serenitatis illustrat

Justiniano Augusto rex

Equum est sapientissime imperator ut illa nobis libenti animo faciatis 9
impendi ad que si essemus desides animare potius clementia deberemus
hortari. Nobis enim gratum esse non dubium est, quicquid per nos ad Italie
decorem contigit expediri. Clementia laudibus vestris iure proficit, quando videmur
astruere / quod ad vestre reipublice post gloriam pertinere. Legatum exhibentes
principatui nostro reverentissimo salutationis affectum, harum portitorem ad
illa duximus exhibenda ad que quondam Calogenitus fuerat destinatus
ut et si persona rebus humanis subtracta est, beneficia tamen vestra ad
nos deo iuvante perveniant, ne cassetur desiderium quod commoverit de
nostra promissione securum etc.

Theodore Auguste regina

Cum propositi vestri sit illa querere que probantur ad gloriam principis pertinere 10
dignum est nos sermone venerari quos nobis omnibus constat semper
augeri. Concordia non est sola principum: quinimmo illi se melius respiciunt
qui animi caritate se coniungunt. Atque ideo reddens auguste reverentie sa-
lutationis affectum spero ut redeuntibus legatis vestris, quos ad clementissi-
mum et gloriosissimum principem destinavimus, de vestra nos faciatis sospi-
tate gaudere. Clementia prospera vestra ita nobis grata videntur ut propria et
necesse est sospitate desiderare suscipere quam nos iugiter constat optare

Maximus domestico viro

Si gloria est honorum principum ingenuas honoribus clarificare personas 11
quoniam quicquid a subiectis perficitur regnantium laudibus applicatur,
quanto nobis prestantius est nobilissime familie reddere quod eam co-
gnoscimus etiam nascendi sorte meruisse. Sic enim iustitiam sequimur
si bonis heredibus parentum premia non negemus. Decet eos etiam proces-
sos vincere / qui ad nostra meruerunt tempora pervenire. Anicios quidem
principibus pares etas prisca progenuit quorum nominis dignitas ad te sa-
guinis fonte perducta rutilavit, hilarior collectis in rebus instantia ces-
go relinqueret in posteris nomen honoris / quos tamdiu constat fuisse pr-
ecipuos. Accusaretur secula si ibi talis potuisset latere familia. Atque
utinam nobis Marios vel Corvinos antiquior vita servasset vix satia-
retur principis votum. Si nos contingeret personas illas talium talem
possidere maiorem. Quemadmodum nunc perfecto negligamus inventa qui
desideramus habere perdita. Atque ideo quod feliciter evenit sit primiceriatus qui
et domesticus nominatur, ab inditione quinta decima tibi conferimus digni-
tatem superius ex omnibus titulis / qui ad eius pertinent actionem. Hic
honor quamvis tantis / et si talis tuis natalibus videatur inferior / tantis
tamen fastibus tuis videtur esse felicior. Tunc tempore meruisti co-
niugem regie stirpis accipere / quam in tuis titulis nec presumpsisses

optare. Age nunc ut sicut tibi est votivus ita nobis reddatur acceptus. Con-
sidera quid merueris, ut dignum te nostre affinitate tractatibus. Nam qui
familie regnantis admittitur in laudem gremio collocatur. Nunc maior
opera mansuetudini detur. Nunc omnibus communio benigna probatur
ut tales probetur quem nulla possit prosperitas immutare. Humilis
aggredere, quod de modestia laus sequitur. De elatione odium concitatur,
quod proxima est indubitanter invidia, sed tollerantia melius vincitur,
que contentione semper augeatur. Supra ceteras enim virtutes amicam
parentibus animam patiam erectus, quod nobis assistendo potius, qui vindican-
do laudabis. Nam unice benigna dilige. Cave ne maior indicatur esse
felicitas moribus tuis. Sed qui nunc ingeris gradum proximus gloriosis atta-
vis temporibus laudati sunt quod hactenus parentes tui, sed nunc
sunt connectione gratissima decorati. Nobilitas tua non est ultra quod
restat. Quicquid provincialis exigeris pro matrimonio dignissimus estimaris.

Senatui urbis Rome

12 Nescius nos patres conscripti in honoribus laudis habuisse estimet vox
Quod post insignia consulatus in ora magis posterius conferamus
Summo nasceremur nobis vita candidati, ne iam maturus nulla in-
deretur sumere. qui primevus curula cognoscitur accepisse. Quanti quippe
principes erat in uno honore spatia vite tam magna concludere. Et
non magis nihil prestare ei qui prius cognoscitur summa meruisse. Sed
potius omnia permissive concedamus. Nulla dignitas minor est cum
bene geritur quamvis excellentiam plerumque actio videtur accipere de clari-
tate persone. Hec autem cuncta sunt gradibus distincta cum dispositione sunt
attributa. Nam honorum summum semper equa ratione retinet quicquid prius gesserit
consularis. Sic mare plenius vocabula maior omnibus absorbet et
quamvis plurima fluenta tribuens ut excipiat, tamen approprio nomine non decli-
net. Et ideo quod feliciter detum sit Illustri viro atque magnifico patricio
maximo primiceriatus, qui et domesticus nominatur, a quarta decima indic-
tione gerendam probandam dignitatem, ut mediocritas honoris nunc tuo restet
prodentis. Neque enim phas est humile dici, quod generat amiciorum familia
toto orbe predicata, que vere dicitur nobilis qui ab ea actionis probitas non
recedit. Sed huius bonis addimus patres conscripti, ut nostre affinitati pre-
celse clare familie nostre gratia misceatur. Verum hanc gloriam non sibi
tantum potest unus assumere, quin nos probamur romano nomini contulisse.
Reddite affectum nostro plenissimam caritate. plus est amandus a vobis
qui parentis nomine dignatus est prestare subito. Sed equum est patres con-
scripti ut carus existat per quem nobis tam felicia contigerunt. Generali-
tate generali et has nuptias letitia confusa celebrate. Unde perficit nomen
omni nota decet esse maiorum. Nec potest amplius exigere potuit, quod
mens animus spontanea deliberatione concessit. Ut nostri ordinis viros paren-
tes vere appellare possimus, qui nobis affinitatis claritate iungendi
sunt etc. Similis Senatui urbis Rome

Sextus

Post quam venerabiles viros episcopos agnita legatione remisimus nec peticionibus 13
nostris quamvis esset quedam reipublice ut animus obviasset venientes
ad nos aliquam retulerunt civitati romana ad hunc inepta solitudine la-
borare, et id agere, ut nisi vestre mansuetudinis ut esset remedium pietas
sibi potius ex dubiis suspicionibus excitaret Unde estimate cui debeat
ipsorum novitas et immanis levitas imputari Nisi vestro ordini aliquo
debuerant civitatem componi Par vestram siquidem sapientiam ammonere
provincias opportuit universas, ut talia pararent assumere, que principis
primordia mereantur ornare Verum que civitas non fiat excusabilis, si
roma derelinquit Res minor ad potiorem currit exemplum, et aliena fi-
unt invidia sustinet qui peccatis prestat exemplum Sed gratias civitati
referimus que dona vestra vestris potius ordinant excessibus Ecce primas
culpas ignoscimus quam devotionis aliquas sentiamus Nil debemus et
solummodo an beneficii simus ut peccata gratissimos invenire possimus Et licet
in hac parte nostre modestie gravitas asseratur volumus tamen nos
tamen predicari nisi ut et devotionis romane benignitas possit ostendi plus
enim vestra opinione pascimur quam si de vestra semper tranquillitate laudare
mur Ammonete supplicatos a bordine vestro semper excusatas Non decet
senatum corrigi qui debet alios prima exhortatione moderari Nam
ex quibus habent genium mores si parentes publicas minores corrigunt
invenire Sufficiunt hec nobilibus, sufficiunt ista verecundis ut ad studium
perfecte devotionis invitemus quos pauliculum deprauata supplicatione tul-
pamus Vos enim quos ad primitiam nostram expetimus non vexationis
iniuria, sed utilitatis vestre causa prefunda cogitatione notamus Et id
magis debuissetis efficere, quod nobis cognoscimus expedire Certe unus
est unde principe hoc nos pro reipublice utilitate noluisse sit quod
pro nostris solebat optari Sed ne ipsa remedia in aliqua parte mereantur
austera tamen res poposcit aliquos ad nos suscipimus evocari, ut nec ro-
ma suis civibus evadetur, et vestra consilia viris prudentibus adiuve-
tur Reddite ergo in pristinam devotioni ut solicitudines mee quas pro
generalitate suscipimus nostro potius adiuvent ingenio Roma hoc nobis
semper insitum fuit principibus vestris votum pravitatis offerre, nec pa-
rem imitate erroris sed amoris potius dominantis Reliqua per harum
portitorem illum verba dicenda commisimus Et si submotis cogitationibus
ambiguis vestris ammonitionibus credere debeatis etc.

Senatu urbis rome pro plebe etc.

Licet nobis sit insitum dominos nostros prima mente diligere et obsequendo
agere, ut regnantes animum possitis habere placabilem, hoc tamen maiorem
nostrorum semper proprium fuit, ut tamquam membra capiti Ita suis principibus

uidentur adiungi. Quam enim uicissitudinem reddat qui maximo labore
defenditur cum quo per dies singulos ciuilitas custoditur, nisi ut illos diligat
supra cuncta per quos se probatur uiuere. Absit enim a temporibus nostris ut
in nobis aliquid tale reperiamus, quod meritis indignationibus esse possit. Ad-
dat non uacuum, non dolosum, non seditionibus plenum populum decet romanum.
mali mores uero nostri probantur aduersi. Sed hoc mirabile est quod gra-
uitatem uestram cogimur admonere quam constat semper sponte sapere. Nulle
nos inepte suspitiones, nulla timoris umbra trahat. Habetis principem
qui pietatis studio optat in omnibus nobis inuenire quod diligat. Hostibus
uestris de nostris defensoribus obiectis. Amicitiam non excludere debuistis
auxilium. Sed sensus iste ne fortassis error est, qui uinci probantur
intelligere que qualiter potuit expedire ad uerum potius reddite consilium.
Numquid nos noue gentis facies ulla deterruit. Cur expauistis quos
parentes hactenus nominastis. Qui relictis familiis ad uos uenire pro-
perabant de uestra erant potius securitate soliciti. Qui rogo talis ab illo
uicissitudo recepta est. Cui salutis praemia debebantur. Illud enim quod
uos attinet scire debuistis, quia die noctuque incessanter optamus, ut quod
parentum nostrorum constat temporibus emicuisse, nostris potius diuinis
auxiliis augeatur. Ubi enim fama regnantis erit, si nos quod absit pa-
tiamur imminui. Nolite talia cogitare, qualia uos indecens minime as-
sumere. Immo magis si quis aliqua iniquitate depressus est, spem de bona
constantia non amittat. Quando sublenare cupimus, quos uidere probis mo-
ribus inuenimus. Aliqua etiam nobis per illum dicenda commisimus, ut
nostrum circa nos animum in omni tempore propicium sentientes, imperibus
sicut oportet obsequiis et oratione sincera deuoti esse debeatis.

Iustiniano imperatori etc.

14 Constat desiderium meae uoluntatis expleri, quotiens ad pietatis uestre
salutiferos apices contigit destinari. Et nam semper felici gaudio reple-
qui nobiscum sincera mente colloquitur. Et ideo salutans clementiam uestram honori-
ficentia competenti harum portitorem pro negotio Ranenatis ecclesie ueniente
gratissima nobis petitione commendando. Quando talis offertur causa
prestandi, ubi mercedes inuenitur acquiri. Qui nos facta semper exoptant, qui
serenitatem uestram florere desiderant. Non est dubium meliora recipere quos
Cxiiii contingit iusta prestare etc. Senatui urbis Rome

16 Impreciosa minime res est patres conscripti pietas nostra quando propria uolun-
tate uincimur, qui alienis conditionibus non tenemur. Nam cum
deo prestante possimus omnia sola nobis licere credimus laudanda. Cogno-
scitis prudentes uiri uerba que loquimur uel nunc clementiam quam nobis ante
promittebamus agnoscite. Certe nec solicitos patimur quibus infensi esse pu-
tabamur. Sic est a principe gratius uincenda suspicio. Reuocare debemus

qui noverimus esse non voluit. Postulata siquidem fatiri nobis ab illo atque
illo prestari nostra decrevit auctoritas. quod bene impetrativo non est diffici
le persuasum. Clementia sic nobis serenitatem dedimus. Ut nichil vero
apposito addere videmur. Talia siquidem qualia promittimus eramus accum
clementia deo decimus ista non homini. Nam qui per lectos sacras au
rea regna cucurrimus quid aliud optare possimus nisi quod dominati
in annis placuisse sentimus. Ipse enim est remunerator bonorum. cum deo
Nam quicquid in subiectos pietatis efficimus illum nobis representare
sine dubio indicamus. Renatus constantiam fidelem adepta serenitate
monstrare. Clementia post talia redditur clementie nostre potius qui
offertur affecturus etc. Populo romano Rex
Cognoscite quirites quali nos princeps noster dilexit firmitate, 17
ut temptatus asperis rebus non nos patetur esse solicitos. nec
voluimus amplius vota vestra differre quos semper optamus prima
rerum celebritate letari. Vestra enim serenitas noster ornatus est. Et
hoc vero gratanter accipimus cum gaudia nos habere sentimus. Renatus
flexi petitionibus nostris per illum atque illum vobis prestare sacra
tenimus. Ut regis nostri animum non creatis incognitum. Nec liceat suis
suspitionibus errare dum manifeste teneatur quod credit. In prin
cipe estimate quid nobis benignitatis videatur impedi. qualis ille
iurat. qui non potest cogi. Fatimus enim premedio nos datos esse cunctorum
non despicimus sanare subiectos. Et ideo licet culmini nostro videtur
incongruum libenter acquievimus facere. quod qualitate probamus optas
se. Intelligite quantum nobis imponere non videatur affectus fidei
nobis astringimur. qui non solo verbo promissa servare factis lectoribus
monemur. Ostendite nunc devotionem vestram superne maiestati ingiter
supplicate. Ut tranquilla tempora que nos habere cupimus celesti munere
concedantur etc.
Iustianus Augustus Senatui urbis rome 18
Retinemus quod pro nobis patres conscripti pia mente tractavimus
non primus nobis fieri acerba supplicatione contrarium. Clementia le
onis instar est occulte compulere et aliud velle monstrare. Cogno
scite itaque animas vestras destinate potius pro salute vestra. Ut qui
nos temptavit appetere domino auxilio manus eius gottorum debeat
obviare. Nam si insidias gregis strenuus pastor extra excludit. Si
paterfamilias diligens dispicientibus locum surreptionis intercipit
qua nos convenit cautela romani defendere. quam constat in
mundo simile nichil habere. Bona non mittuntur in casum. quia



probatur minus diligere qui negligit ad ipsa tractare Sed ne in aliquo
vos gravis existeret vel ipsa defensio exercitui destinato ordinante
illos annonas statuimus secundum forum rerum venalium comparari ut et
illis tolleretur necessitas excedendi, et nobis auferretur causa dispen-
dii his et specimus maiorem regie domus nostre pervenire Remi-
praxe qualitate utentium bellatoribus esse iure recenciendus Cuius ex-
emplo et excessus vitarent, et fortitudinis instrumenta perquirerent
quos tamen locis aptis precipimus immorari ut foris sit armata
defensio intus nobis tranquilla civitas Intelligite quid excogitaverit
consolatorium principis pro nobis ingenium defensio nos obsidet ne
maeroris iniuria circumdat, et aviculis excipimus, quos inimicum sangui-
ne vindicamus Absit enim ut nostris temporibus urbs illa muris
indicatur protegi, quam constat gentibus vel sola opinione fuisse tuta
Ita enim de domino speramus auxilio, ut que semper fuit libera nullius
exclusionis decoloretur iniuria Regina Theodore Auguste
19 Gratias divinitati referimus cui est regnum semper accepta tranquilli-
tas quod provectum nostre clementie nobis gratissimum esse de-
clarastis Constat enim amare nos posse quem gaudetis ad regni
culmina pervenisse Sic decuit suscipi qui semper nos premisit au-
geri Prestat igitur nimis nostre benignitatis exemplum ut det-
intelligi quantum preconiat qui se pura nobis affectione commendat
Non enim rixas viles per regna requiritis, non nobis iniusta certamina
que sunt bonis moribus inimica delectant Rema mihi aliud nos
constat appetere, nisi quod opinionem nostram possit ornare Quemadmo-
dum cumque patrem exorari potius abiecere, qui vel ingenita pie-
tate et iracundis gentibus consuevistis imponere Bona quid
vite concordie non tacemus Totum creditur eximium quodcumque
nobis fuit predicabili caritate sociatum Sed et nobis gloriose princeps
cum sitis absolute mirabilis aliquid tamen additur cum nos regna
omnia venerantur Nam commune est timeri in propriis imperiis pre-
ditare, sed illud est, omnimodis singulare in extranea gente lau-
des proprias invenire Rema ibi sunt vera indicia, ubi neminem
comprimit ulla timiditas Diligens quod piissime imperator in
propriis regnis, sed quanto prestantius est ut in Italie partibus plus
ameris Unde nomine romanum per orbem terrarum constat esse dif-
fusum Oportet ergo nostram patenti servari que nobis contulit glo-
riosa exordia vocabuli Sed ut sacris affectibus ordinem responde-
indicamus reverentissima salutatione decursa presentibus scriptis indicamus

beatissimum papam urbis rome vel amplissimum senatum nostra preceptione
commonitos. Ut vir eloquentissimus petrus legatus serenitatis nostre
et doctrina summus / et constitue claritate perceperit sine aliqua dilatione co-
petencia rursus reciperet / ne contra voluntatem vestram moras incon-
gruas sustineret. Enima totum illud desideramus efficere quod vestro
nequeat iudicio displicere / quando et pietate vestram hoc studere co-
gnovimus / quod nobis per omnia prodesse sentimus. Cum inter vene-
rabilem illum legatum vestrum adiungendum esse credimus. Ut non
per occasionem legacionis vestre / sed propria potius destinatione nostra
possitis nota cognoscere. Rc. Justiniano imperatori th' 20

Litteras pietatis nostre gratia qua desiderata semper suscipitur acce-
pi, et colloquia oris vestri manibus omnibus tempora revertentis
summa gratulatione promerui. Tunc mihi votiva sereno animo
promittens. Credidi quicquid optare potui in tam benigna locutione
suscepi. Hortatur enim ut quicquid expetendum a triumphali principe
domino iugali meo vivo credimus ante vestris sensibus ingeramus.
Unius iam dubitet ad effectum pervenire / quod talis pietas dignabitur
allegare. Atque quod de causarum vestrarum equitate promisistis
sed nunc amplius de vestra promissione letamur. Non enim potuit
nota nostra differre quando interest que metuit audire. Nunc imple
promissa, ut verum tenere faciatis / cui spem certissimam contulistis.
Additum est etiam gaudio meo quod talem virum vestra serenitas
destinavit qualem et tanta gloria debuit mittere / et nostra decet ob-
sequia retinere. Quibus enim non est illum mores dare cui obser-
vatur assidue dominum constat delectari animum bonis preceptionibus
institutum. Nunc est quod vestra reverentia commoniti dominus noster ordinavit
ut nunc beatissimus papa nunc senatus amplissimus sine aliqua
dilatione respondeat. Quod ab eis expetendum esse mandatis
gloria vestra minus reverenda putetur. Cui studium dilationis opponitur
/ sed potius celeritate facti votiva gratia possit augeri. Nam de illa per-
sona de qua ad nos aliquid verbo titulante pervenit hoc ordinatum
esse cognoscite quod vestris credidimus animis convenire. Desiderium
enim nostrum tale est ut inveniente gratia nostra minus in regno vestro quam
in vestro iubeatis imperio. Significamus itaque supradictum a nobis ave-
nerabili viro papa egredi fecisse / antequam noster legatus harum
portitor de urbe roma potuisset exire ne aliquid accideret quod
nostris animis obviaret. Etenim propter salutem vestram venerationem

veneratione que deo mitis exhiberi virum venerabilem illum et mori-
bus et doctrina pollentem Beatitatis etiam honore reuerendum ad
nostram clemenciam legationis officio peculiariter curauimus de-
stinandum Omnia gratas illas nobis credimus esse personas
quas diuinis misteriis meditamus acceptas etc.

Theodore auguste Vdolina regina

4 Estimare te conuenit augustarum prudentissima quantum tran-
quillitatem uisibus gratum nostrum queuere, quam etiam domus
ingalis mens magno studio desiderat obtinere Nam licet hoc
illa sit cummodis carum uicti cum cognoscitur esse principio
qui me domine tante ita potest amor exigere ut supra regimum
cognoscitur maris aliquid inuenire Quid enim gratius qui
si glorie nostre indicatur caritatis participacione sociari Ut quod
abunde fulgetis nobis libenter dispo nuntiemini, cum dampni non
est lumini alteri de sua claritate largiri ffenete despedia nostra que
cognoscitis sinceritate precipua gratia vestra per omnia nos regna commen-
dat Debetis enim nos claros reddere qui de nostra nolumus luce
fulgere Quapropter serenitati vestre reuerentiam salutationis impartiens
affectuosa me animis vestris promptionibus commendo Sperans
ut sic omnia mirabilis prudencia vestra componat, quatinus fiducia
que a nobis de animo vestro data est vbibus augeatur Nam cui
me romana regna nullam deceat esse concordiam omersit ta-
men et qualitas rei que nos efficere cariores deat equitati

xiii

Theodore auguste vdalma regina

22 Retinetis sapientissima principum, et legatos viros et per virum
disertissimum virum petrum quem nuper ad nos vestra pietas
destinauit, quo studio concordiam auguste serenitatis optemus
Et nunc iterum per illum virum sanctissimum eadem esse credi-
dimus repetenda Ut uera atque affectuosa indicetis que frequenter
expetita cognoscitis pacem siquid sic omni sinceritate petimus qui
causas certaminis non habemus Talis ergo ad nos veniat sit ad
composita, sic decora, ut eam tantis uotis quesisse multo uideamur
Absit autem ut quod nobis committitur nos deceat ingrauare, sed
pro nobis potius tractare quod conuenit Trahitur enim ad beniuola
cui causa creditur iconablem ordinanda, nec potest utilitatem propriam
antefire, cui magis decorum est credenti perfectura prestare Consi-
derate et principes docti, et ab anni nostri historiaca monimenta
recolite quantum decessoris nostri studuerunt de suo iure relinquere

ut eis parentum more federa provenient. Estimate quanta gratia debeat ob-
lata suscipi que consueverat postulari. Hec non arrogantes loquimur, qui hu-
militatem fatemur. Glorie vestre potius proficit quod demonstrare contendi-
mus quoniam tunc illi gratiam vestram ultro quesierunt, qui suis partibus melio-
res se esse cognoscunt. Associetur eorum amicitia gratuita nostris ami-
cis quos prius post nobis largitatis studio iungebatis, ne bona tantum-
modo illorum temporum fuisse credantur. Que nos ideo salutationis honorificentia
persoluti illum virum venerabilem sacerdotio clarum doctrine laude conspi-
cuum legationis nostre ad pietatem vestram fecimus vota deferre. Confidimus
enim in virtute divina quod et suis meritis nobis abinde placeat, et desi-
deria per hec petitionibus obtineat sperantes ut eum cum affectu recipi-
atis celerius remittere decernatis. Sed quia epistolaris series continere non potest
universa, quedam sacris sensibus verbo insinuanda commisimus ne fastidium
nobis faceret lectio prolixa cartharum etc.

Theodore Auguste Gudolina regina 23

Suscipientes legatum vestrum virum eloquentissimum Petrum, et quod
est ipsius dignitatibus honorabilius vestris obsequiis inherentes
optata nobis auguste gratie monumenta fulserunt, ut per eum dist-
nemus acceptum nobis esse quod in hac republica constat evenisse.
Ostendistis nos diligere, quicquid ad iustitiam cognoscitur pertinere, quando
per divinam providentiam omni suspicione detersa desiderabilis potest una-
nimitas permanere. Et ideo illum virum venerabilem vestris conspectibus
vere dignissimum legatum nostrum ad vos sperantes credidimus esse dirigendum
ut nobiscum annuentibus votis semper immutabilis nostre pacis gratia soli-
detur, quatinus qualitas evidenter agnoscat mutuo venisse nos ad sinceri-
tatem federis per tale vinculum caritatis. Et quia semel bene inita nulla
debent contraria occasione suspendi, Si quid est quod difficultate sui
nobis non oportet imponi, sapientie vestre moderatione mitigetur ut affectionem
que circa regnum nostrum hic cepimus ingiis studiis augeatis. Exaggrte
erigite vestre sapientie firmitate, et hanc nobis palmam concordie sperate
venditate. Ut sicut clementissimi imperatoris fama in pluribus ditionibus
inclita, ita in pacis studio opinio vestra cunctorum admiratione laudetur.
Familiariter vos et frequenter videat harum portitor quem direxi. Vestre
clementie possit celerius promereri, qui ad perempta gratiam missus est desti-
nari. Speramus enim iusta non gravia, cum tamen nichil videatur
impossibile quod per clementiam vestram cognoscimus allegare etc.

Theodore Auguste Gudolina regina

Veniente viro sapientissimo pre-
tio ita nos amor vestre serenitatis explevit ut vidisse nos

estimemus cuius colloquia benigna suscepimus Quis enim tanta affabilitate suscepta non reddat venerationis exenia Cui ante dignationis debetur officium Et ideo per illud virum venerabilem legatum domini nostri

galis nostre ad nos speciales ductum salutiferos apices curavimus destinandos Ut recurrens vestre serenitatis affectus et de optata incolumitate letificet, et de firmissime gratie nos faciat exultatione gaudere Tali enim compendio et causare bene disponitur ordo tranquillitatis geminata crescit affectio Suscipiamus ergo nostre animi bona quia hoc est vere regale propositum glorie vincere amore cunctorum Credimus nobis per harum portitorem verbo suggerenda commisimus que pro ingenita mansuetudine et libenter accipite et efficatie deo auxiliante prestate Senatore populo

27 Per venerabilem virum heraclianum presbiterum augusta nobis pagina vestre serenitatis illuxit sermones benigne fluens Et aperta munera salutationis impartiens Et tenua magnum sit beneficium tam suave principis meruisse colloquium Cui reddimus grata volentes caritate responsum optantes, ut et sospitate vestram sepius nos audire contingat et regni vestri felicitas semper attestat quia tale votum decet nos habere per gloriam salute que vestram magis possit extendere Significamus etiam priori voto ad papam urbis rome nos litteras destinasse, ut petitum generis litteras sine aliqua dilatione respondeat, quatenus qui a nobis dirigi meruit celeritatis gratia consequatur Nostri enim voti est causas emergere. in quibus possimus vestris desideriis obedire Quia sic nos ad reddendam dilectionem efficatie commonemus si nobis in aliqua parte parcamus

Iustiniano imperatori Theodoricus rex

26 Intelligimus serenitatis vestre gratam muneribus omnibus dictionem, quando illa nos hortamini facere que ad mercedem vestram possint omnimode pertinere Tale siquidem votum semper amantis est, ut causas nos misericordie velitis agere que nos divine possint commendare potentie Et ideo significamus gloriae vestre monasterium famulatum dei quod nobis insinuatum est tributorum gravi sorte laborare, eo quod ager eius nimia inundatione perfusus sterilitatis initia de iniusta humectatione contraxit ad virum eminentissimum senatorem perfectum pretorium dedisse nos mandatum ut eius ordinatione providenda ad presentem de quo querela est diligens inspector accedat Et rebus moderata inquisitione continuatis quicquid gravaminis per hanc possessio tenebatur abrogetur Ita ut competens atque sufficiens domui remanere possit utilitas Quia vere nobis lucrum pretiosissimum reputamus, quod per mansuetudinis vestre voluntate concedimus Deo laude est causa Unde nostra serenitas me commonere dignata est Quinis

ante longum tempus sub parentum nostrorum regno contigit. cum vere nobis sint negocia de ipsa largitate componere. Ut illud facto eam non peniteat religione imitata Carum si quid rerum certum indicium non possumus. Unde mandatum ... Nam cum divinitas patiatur diversas religiones esse nos unam non audemus imponere. Retinemus enim legisse nos voluntarie sacrificandum esse domino non cuiusquam cogentis imperio. Quod qui aliter facere temptaverit evidenter celestibus iussionibus obviavit. Merito ergo pietas vestra invitat nos ad talia que nobis precipiunt divina mandata etc.

Senatore populo Theodricus rex

Non dare sed reddere videtur expensas qui fessis contributariis aliquo remedio subvenire festinat. Quid enim iustius quam peteti conferre quod intelligitur ipse laborasse. Sed ad iniuriam ociosi agri cultor non pascitur ad futuram famem descendit nisi ei cum vere fuerit subventum. Quapropter monstrose ligurie devotos qui veteris copia subtracta dicitur esse de campis. Sed nunc vastatur in horreis. quia nimis impium est plenissimum tellus nostros esurire cultores. Atque ideo illustris magnitudo vestra cuius dignitas ad hoc legitur instituta. Ut de repositis copiis plurimum saturare possit ligurum quos tam indigere cognoscit tertiam portionem ex horreis ticinensibus atque dertonensibus per solidum viginti quinque modios distrahi censeat. Venetis autem extra missiano atque tridentino horreis ad definitam superius quantitatem idem dari faciat. Ut miserata divinitas copiam largiri possit. Cum homines in se exercuisse cognoscit. Et ideo tales viros huius distributores adhibete ut indulgentia nostra maxime ad illos perveniat. qui sine muneribus pasci minime potuerunt etc. 21

Honorio prefecto Rex

Oportet regiam iustitiam custodire quod auctoribus bene agentibus fuit ordinatum. maxime quorum consuetudo sit nota est, ut nichil instante, nichil venalitatis studio fecisse videantur. Et ideo arcarios prerogatores tritici vini et casei macellarios pistores capitularios horreariorum et centonariorum et tabernariorum fenerarios et cellaritas quam ad urbem romanam vel ad magistrum pertinet revereantur. Sed et eos qui ripam ticinensem et placentinam sive per alia loca quecumque publicos titulos administrare noscuntur, quos a nobis comprimus ordinatos cuius iudicia sit libenter amplectimur, sic servari desideramus totaliter a nobis facta esse credantur. Nec si unquam contra illos cuiusquam prevalere maliciam, qui vero iudicio ad ministratos publicas susceperunt. Quapropter indesignatos titulos ambitio iniusta semper iustitie conquestat. Consuetudinarium bene agentibus locum penitus tollamus invidie ... 28

Liceat cuiquam intra quinquennium predictis velle succedere, si tamen nulla magnitudines eos nulla culpa respexerit. Sint ergo intrepidi qui nostra voluntate vel fuerint ordinati, perfruent sibi interea securi. Non timeat intra hoc quinquennium expelli, quem commendavit probitas actionis. Propter stabilitatem quoque presentis temporis de singulis sedibus prout eminentie nostre convenit, unum sufficit primam facere tempori. Ut hii quibus commissum est circa singulos apparatus de iniusto gravamine non querantur. Sed quoniam humana ambitio nisi premetum dampni non potest cohibere, quisquis qui in nobis titulis ordinatus sine suffragiis sine premiorum precibus in eius sive cuiquam successerit, statim triginta librarum auri multa feriatur, eorum militibus exhibenda. Quod si ad hoc dampnum ydoneus non poterit inveniri corporali supplicio penam luat. Cui non poterit in propria pensione sufficere et subtrahetur, et pro rebus suis pena etiam involvendus infamie qui contra interdicta nostra aliqua tergiversatione venire temptaverit. Nichil enim semper, nichil potest stabile reperiri, si semper immutata nota adulteritas attende pervitant insidias. Quod nos magnitudo vestra in omnium facit pervenire notitiam. Ne quis per ignorantiam se existimet excusandum quod non intellexerit fuisse prohibitum etc.

Vinusis gottis Theodricus Rex

29 Cum gentis tue honoranda nobilitas et magne fidei documenta precessissent ut urbem Ticinum quam per bella defenderas gubernandam pace crederemus, lumbose podagre subita inundatione completus aquas Bormias potius precatinas salutares, hunc sparsum passionum vel leve expeterere postulasti. Desiderium tuum remediabili missione sanamus, ut sospitate qua utito in te quemquam missionis beneficio complaceamus. Absit enim ut bellicosum virum, titanus gravissime calamitatis exarmet. Hec miro modo membra nitentia infusione penalis humoris cogit arescere, nodos quoque mobiles replet marmoreo tumore, trepidantes cum noverit alia cuncta vacuare metue petit concavas lacunas ubi planstre statione putrescens saxa perficit de liquore et que ad decorem inflexionis natura laxavit in turpissimum rigorem soliditate pergnata compingit. Hec passio insanabilis ligat solutos, contrahit venos, et decresce facit corpora, que nulla sunt mutilatione truncata. Constantibus membris privatis mensura perit et mors cernitur, cum nichil subductum sentitur esse. Subtrahunt superstiti mistia mombrorum corpo... cum non est nec movetur, et in se sensibilia redactum, iam non proprio moto, sed motu fertur alieno. Hec una mors supra omnia tormenta saniadicitur. Et melius habere fertur, qui evasisse causas tanti periculi non probatur. Deserit quando dolor, sed dimittit reliquias fortiores, et novo infelicitatis exemplo passio videtur abscedere, et eger non desinit egrotare. Oppedia

sperat tenentiaque debitoribus aliquid solvunt. Ita enim vincula sunt que semel
potuit illigare, captum nesciunt in tota vita dissolvere. Infelicia signa re-
linquit abscedens, et more gentium barbararum hospitium corporis occupatum
suis violentia inditiis defendit. Ne ubi fervor iste cepit succedere ad
versa illuc iterum sanitas audeat fortassis intrare. Hoc licet omnibus
indicatur esse contrarium illis maxime qui exercitatione floruerunt ar-
morum. Ne membra illa durissima languoris decoctione molescant
et qui ab hoste foris superare minime potuerunt ab interna potius cont-
rietate vincuntur. Perge igitur auctore deo gressibus ad locum
predictum felicibus. Absit enim ut bellator vir ambulet passibus alie-
nis. Equino dorso non humana subiectione portetur. Etenim forti mo-
rum grave est vincere, ut nec in hostem possit implere. Sed ne id te exag-
gerata narratione retulimus ut ad studium sanitatis potiora nimis
cupiditate rapiaris. Utere igitur aquis illis primum potu de lintoriis
deinde terrarum exhibitionibus, certatimus ubi in ito indomabilis terrae illa
passionis flectitur quando interna plurima effusione mundantur exteriora
attractativa virtute libera sunt et velut duobus auxiliis congregatis
in medium inimica superatur. Veniunt illuc contessa (?) divinitus contra illud
humani generis bellatrice. Data sunt oportuna munimina lavacrorum et
quem non domat ingenio decoctum non mille mollit potionum introitus
voluptuosus illuc remediis effugatur. Presens optatum optatum divina
beneficium ut famam loci verissimam tua potius salubritate nostramque qui
nobis est desiderabile personam tuam evadere, quicquid adimit corporeae
sanitati. De Honorio prefecto urbis

Relationis tenore vestre comperimus in via sacra quam multorum superstitio 30
ribus dictavit antiquitas elephantos eneos vicina omnimodis
ruina titubare. Et qui solent in carnali substantia supra millenos annos
vivere occasum indicatur protinus in similacris ereis sustinere. Unde pro-
videntia vestra reddi faciat propriam longevitatem vivis ferreis membris
hiantia solidando, alvumque demissum subdito pariete corroboret ne
illa magnitudo mirabilis solvatur turpiter in ruinam. Nam et vivus
ipse casibus adversus est. Cum enim dolosis ingeniis tubationibus arte hominum
incisis arboribus infirmata membra commiserint toto pondere supinati
nequeunt propriis viribus surgere quos semel contigit corruisse, scilicet quia
pedes eorum nullis articulis inflectuntur, sed in modum talium impiriarum
rigentes atque immutabiles magis perseverant. Ubi tanta mole prostrati
sunt ut hic magis metallicos possis credere, cum se vivos aspicis non
movere. Iacent superstites similitudine cadaverum mortuis pares
quos vivos esse non dubites. Et more cadentium fabricarum nesciunt
locum sponte relinquere quem suis membris potuerunt occupare. Ma-
gnitudo tamen illa terribilis nec formicis minutissimis par est, quando

beneficium non habet naturae. quod ultima videntur animalia meruisse humano solatio consurgunt cuius arte ceciderunt. Belua tamen suis gressibus restituta novit memor esse beneficii. Nam magnum quippe recipit quem sibi subvenisse cognoscit. Ad ipsius arbitrium gressus movet ipsius voluntate cibos capit Et quod omnem intelligentiam quadrupedum superat non dubitet primo aspectu adorare quem cunctorum intelligit esse rectorem. Cui si tirannus appareat inflexa permanet ut imponi possit belue hoc et malis pendere. quod a se novit bonis principibus exhibere. Ipsa ante manum proboscidem tendit et magistro prestituta gratanter accipit. Summa se ipsius cura vite posse cognoscit. Est enim ita dictum proboscis belue nasicamus per quam data suscipit et ori suo voranda transmittit. Nam cum sit elatum animal brevissima cervice compositum est. Ut quod cibos ex humano non prevalet corpore hoc se ministerio videtur posse satiare temptando sed in tantum semper incedit retinens in initio captivationis sue noxium sibi fuisse cursum. Flatum suum quia dolores capitis humani mederi dicitur rogatus exalat. Hic cum ad aquas venit hauriendas per cannam proboscidis in modum pluvie imbrem postulatus effundit. Et sic agnoscit quod patitur ut libens faciat quod rogatur. Motu corporis ad mores suos postulat quod nutritor porrigat et nutritoris compendia sua puta alimenta. Quod si aliquid prebere contempserit postulatus vestitu collecta cunctis patefacto tantam ... ad alumnos exercet ut in eius penatibus quidem fluvius videatur intrare contemptum vindicans defectore. Nam et sepius servat offensum et longo post tempore reddere dicitur a quo iniuriatus esse sentitur. Oculi quidem parvi gravi se monentes tardas ad regium cursus intendisse conspectum. Despicit similiter ludentes honestum aliquid gratanter attendit et adnectit sese indicare. cui bestia cognovit displicientis. Cutis huius vastis vallibus exaratur. A qua conportatione nephanda passio nomen accepit. que in tantam duritiam solidatur ut putetur esse cuteni. Hec nulla vi transmittitur nullo ferri acumine penetratur. Ideo quod Persarum reges hanc beluam ad bella traxerunt. que et nullis ictibus pulsata cederet et adversarios sola mole terreret sua. Namque prope hirci corpus vel formas gratissimum est. ut qui veram subtiliter non viderit optimarum animal tali imaginatione cognoscant. Et ideo non patiaris perire quod ad Romane dignitatis et artificium ingenii in illa urbe recondere quod per diversas mundi partes cognoscitur diversa natura procreasse. Cunctis officiorum Rex

Vitiges

Quamvis omnis provectus ad divinitatem sit muneris referendus, nec aliquid 31
constat bonum, nisi quod ab ipso bonum dinoscitur esse collatum,
tamen quam maxime causa regie dignitatis proprius est applicanda
iudicans cuius ipsum ministerium ordinavit, cui suos populos parere
concessit. Unde auctori nostro gratias humillima satisfactione referentes
indicamus parentes nostros Gottos inter procinctuales gladios more maiorum
scuto supposito regalem nobis contulisse prestante domino dignitatem
ut honorem arma darent, cuius opinionem bella preparavit seu pepe-
rerat. Non enim in cubilis angustis, sed in campis late patentibus
electum me esse noveritis. Nec inter blandientium delicata colloquia
sed tubis concrepantibus sum quesitus, ut tali fremitu concitatus de-
siderio virtutis ingenite regem sibi marcium Geticus inveniret. Quando
enim fortes viri inter bella ferventia nutriti principem ferre poterant non
probatum, ut de eius fama laboraret, qui minus de propria virtute presumeret.
Notum est enim et illud de cunctorum opinione venire, quale gens meruit
habere rectorem. Nam sit audire potuistis parentum proeliis enotus ad ve-
neram tamen omnibus subire fortuna. Sed illi me sibi dure esse non
passi sunt, qui exercitatum regem querere videbantur. Quapropter primum divine
gratie, deinde Gottorum fame iudicans, quia me regem omnes fecistis
qui unanimiter vota contulistis. Deponite iam dampnorum metum, dispen-
diorum suspiciones abicite. Nichil sub nobis asperum formidetis.
Amare novimus viros fortes, qui sepius bella peregimus. Addi-
tur quod vincentium virorum more testis assisto. Ab alio enim mihi non est
opus facta vestra narrari, qui omnia nobiscum laboribus sociatus
agnovi. Armorum Gottorum nulla promissionum mearum varietate fran-
genda sunt. Ad gentis utilitatem respiciat omne quod agimus. Privato
necnon amabimus. Hoc sequimur, promittimus, quod decet regium nomine. Po-
stremo iam per omnia pollicemur imperium quale Gottos habere
deceat post inclitum Theodericum virum ad regni curas specialiter et
bella compositus. Ut merito unusquisque principum tantum preclarus
intelligatur quantum consilia illius amare dinoscitur. Adeo parens
ipsius debet credi qui omnes facta potest imitari. Et ideo pro regni nostri
utilitate estote solidi de interna commutacione Deo iuvante securi.

Iustiniano Imperatori Witigis rex

Quanta nobis sit clementissime imperator glorie vestre votiva pietas 32
hinc omnino datur intelligi, ut post tot gravissimas lesiones
et tanta effusione sanguinum perpetratas sic videamur pacem

nostram quaerere, tamquam nos nemo nostrorum putet ante lesisse. pertulimus
talia qualia et ipsos offendere possunt qui fecerunt insectationes
sine reatu odium, sine culpa dampna sine debitis, et ne perpetrare
sui negligi potuisset. Non in provinciis, sed in ipso rerum capite pro
batur inflictum. Estimate quos dolores abivimus ut nostram iniuriam
reperire possimus. Talis res effecta est quam multi loquuntur que
sic a nobis metuitur componi ut equitate nostram qualitas debeat
admirari. Nam si vindicta regis Theodahadi queritur meror diligi
Si commendatio domine memorie Amalasuinthe regine pro oculis habe
tis, debetur filia cogitari quam in ipsis omnium moribus perdere debuisset ad
regnum. Ut cuncte gentes potuissent agnoscere mansuetudinem vos
tram tanto pretiosiori reddidisse. Illud enim nos debuit permovere
quod distributione mirabili ante regni fastigia. invitem nos divi
nitas vestra fecit habere notitiam. Ut amoris causam tribueret
quibus aspectus gratiam contulisset. Quali enim reverentia principem
colere potui quem adhuc in illa positum fortuna suspexi. Sed
potestis et nunc omnia redintegrare que facta sunt, quando non est
difficile illum in affectum retinere qui gratiam constat desiderare
expetere. Et salutantes clementiam vestram honorificentiam competenti
monitamus nos legatos nostros, illum atque illum de serenitatis
vestre sapientiam destinasse, ut omnia more vestro cogitetis. Senatus utraque
reipublice restaurata concordia presentent. Et quod temporibus retro
actis principum laudabili opinione fundatum est, prosperis modo magis
in pio divinis auxiliis augeatur. Reliqua vero per legatos predictos
serenitati vestre verbo insinuanda commisimus. Ut et quia epistolaris
brevitas perstringeret, et causas nostras suggerentes plenius intima
rent &c. Magistro officiorum Vuitigis rex

33 Illum et illum legatos nostros ad serenissimum principem dirigentes con
gruum fuit magnitudine vestre per eos salutiferos apices desti
nare, ut in omni tempore vestra beneficia merentur, cum vestre repor
taret collocutionis affectum. Et id expectare gratiam vestris nuntiis
exhibentes speramus, ut apud clementissimi imperatoris animum eis
vestre prudentia suffragetur. Omnia sic sunt iusta que petimus
ut omnium sapientium mereantur assensum. Difficile enim a nobis debet contin
gi debet quod non decuisset admitti. Sed potestis omnia gratanter
omnia placabiliter ordinare. Omnia dulcior solet esse gratia post
amaritudines expiatas. Refugere enim nos potuisset ignarus

Decimus

Ego autem qui ordinatum rei publice etc. vestre vidi qui tot nobilium turba preter
cognovi Non me desidero apud piissimi principis gratia dividere si in me
velit que iusta sunt cogitare Nam et si aliud offensam meruit ego
deo gratissimus sum qui odioso tamen vindicta succedens vestros animos
sum secutus Omnia meriti fuerant addenda non leso Et ideo non negetur
gratia cui mella sunt penitus imputanda Atque ideo sepultum sit odi-
um cum morte peccantis Nam et si de nobis aliquid minus forte me-
tur romana libertas cogitet que per bellorum tumultus ubique concuti-
tur pauca dixisse sapienti mentis sufficit quia in alto pectore pertendit
quod consideratum semper augetur etc. Episcopis suis quidam rex 34

Si sacerdotibus etiam ignotis honorem debemus quanto magis
illos quos amabili veneratione conspicimus Alter enim regnum
notum et alter appellamus incognitum Utrorumque maior semper affectus
dum gratissime retinetur qui assiduo et suavi sermone coniungitur
Et per harum portitores legatos nostros quos ad serenissimum princi-
pem destinamus paternitati vestre postamus debite venerationis obsequi-
um persolventes ut pro nobis orare dignemini et ubi opus exigit solatia
vestra impendant quia nostre est ut bene illis velitis quos nobis reli-
gione coniunctos esse cognoscitis etc.

Prefecto Thessalonicensi quidam rex

Illum et illum legatos nostros ad serenissimum principem deo favente 35
direximus per quos nostre fuit magnitudini vestre reddere saluta-
tionis affatum servando honori nostro et sapientie vestre congruunt
Ut vobiscum gratia perfruamur Speramus autem ab excellentia vestra
ut moram non faciant sustinere quos nos summa celeritate prospicitis de-
stinasse Servatimus vestris beneficiis applicemus si eos remota tardita-
te pervenire cognoscimus etc.

Incipiunt tituli libri undecimi

Incipiunt tituli

Vniversis provinciarum iudicibus sena. p°

Edictum per provincias senatori ppo

Iudicibus provinciarum senatori ppo

Boato viro cancellario sena. ppo

Edictum de p(re)diis custodiendis ravenna

Edictum p(ri)orum per flamma

Iustiniano augusto senatus urbis rome

Candiosio cancellario provintie ligurie senator p9

Liguribus senator p.9

Item liguribus

Promotiones officii pretoriani que circa natale domini fiunt

De corniculo qui egreditur

De cornicularo qui accedit

De comendandese

De regendario

De scrinario custodie

De cura epistolarum

De scrinario cure militaris

De primicerio exceptorum

De sexto scholario

De progatmario

De primicero deputatorum

De primiceno Campanie augustalium

De cura cencuttariensis officio

De primiceno singlariorum qui accedit

De concedendis

De legatoriis

Antiniano suggerente dictum est

De legatorio

Anatholito cancellario provinciales annum sena. pp°

Lucio viro Cancellario Campanie sena. pp.9

Johanni cancellario tuscie senator pp.9

Vitaliano viro cancellario et lucanie et bruttiorum senator

ppo indulgentia Prefatio Antoris in libros ultimos

Liber Undecimus

Prefationis auxilium ex contrarietate nascitur plerumque actionum
quando illud compilatur scriptori quod potuit impendere cogitationi quae
et si laudes adimit clementer tamen veniam tractata concedit. Rara
quod constat ociosos habere nemo post occupatos exigere. Denique ad-
ministrator amplissimus si vacasse creditur obprobrium est. Et minus et
scientium dicitur quod tumultuosis actionibus liberatur. Sed nos aliquid
constabit ad effectum dicta probatos quando et occupati fuisse creduntur et ma-
le scribere minime debuisse indicamur. Nam si multo sanctius est in-
tra tenebras occulere quam culpanda presumptuosa importunitate vulgare
cum hoc mihi obiecte potius ociosus si verbum improvida celeritate proicerem
quippe sensum de medio sumpto non ornatum venustate sermonum. Si
precepto veterum non reddideris propria personarum. Occupatus autem qui rapitur
diversitate causarum cui magis incumbit reddere responsum et alteri expedire
qua dictare non me advertere potest qui se in talibus perlicitatum esse co-
gnoscit facile cum absolutior esse alicuius cohortis si. Neque enim sepe
in illis valemus quae melius posse videamur. Acutus lectus inme-
tum fundit ingenium repetita dicta mens concipit occupata. Aliquando
actum magis decet esse compositum. Venia dicendi artis in iura sita po-
testate cognoscitur. Alacritas mentis omnis tamen muneribus applicatur.
Remanet itaque ad excusandum brevitas in sparsa libertate quam nemo
purgat diutius nisi qui bene creditur esse dicturus. Sed neque nos
forsitan possit offendi quod in pretoriano culmine constitutus sit omnimodis
annoso pauca destinaverim. Accipiant in prudentissimi felicis principis
tone factum eius principatus sum in omni causa consilium. Et cum vir primus
est morum sinceritate desecatus, ista multis eximiis verborum gravitate
distinctus. Senilis animus altitate gravis mentis decoratus eloquens, qui
invitatores preces elegantes implendo. Ad favorabilem opinionem pro po-
tius labore prorupit. Aliquando tanto causarum molibus oneratus aut
impar esse potui, aut forte arrogans inveniri. Sed melius quod eius
fatigatione recreatus sic regalibus curis affui ut non potuisse in aedinis
rebus desistens approbar. Duos itaque libellos dictationum mearum despicere
tune actione subnecti. Ut qui decem libris ore regio sum locutus
expressa persona non habere incognitus. Valde nimis absurdum est in
adepta dignitate conticescere qui per annos videbam prius dixisse. Sed
post quam duodecim libros opusculum iam desperato fine conclusissem
de anime nel debitoribus eius amici me desere coegerunt ut per
quam multa diximus de ipsa quoque dicere videremur. Modo partite di-
scretim fenete potuis inchoantes. Nam si mercis melior eloquentie munere
considerandus sum potius ex officiosissimo labore qui tantis reipublice
necessitatibus occupatus sic vacare potui paucis orientibus curis si me

Liber

explicare contigisset sermonibus tullianis Nam ipse quoque fons eloquentie di
dicitur petitus fertur se extussasse quod pridie non legisset Quid iam aliis ac
cidere potest si tenuitas lanis facundie auctorum visa est huiusmodi postulare Expres
sit profecto ingenium nisi magis lectione reperitur Cito expendunt horrea que
assidua non fuerint adiectione fulcita Thesaurus ipse quantum facile presumitur
nullis iterum petimus compleatur Sic humanus sensus tamen alienis
non fulcitur invectis Cito potest attenuari de se ipso si quid autem in nobis reddo
let studiorum flos est quod nichilominus marcidum redditur nisi amene
lectionis carpatur Illis enim potest esse lectissimum unde doceri et natu
grando in origine omnia sua plenissime vivunt que necdum analibus
finibus auferunt Inde neminem magne pars est si scribimus non vacantes
si legimur non legentes Sed iam removeamur ab excusationis voto
ne magis offendat nimis affectata defensio etc.

Senatui vrbis rome Senator etc.

2 Commendat michi patres conscripti preconium meum si vos intelligo fuis
se notum Credo enim enituisse prosperrime quod tot felices constat op
tasse Desiderata quippe vestra bonorum omnium probantur auspicia quando nos
potest talium famore prosperari nisi que dignitas percepit augeri Instituamus
ergo gratiam ut exigatur obsequium Natura rex est amare collegam laudes
primus vestra collitis si honorem qui senatori datus est vigatus So
licitudo prima ad publicas me tolli utilitates instanter impellat ut
minus magis imputet precommio tum tali nexus placere propono Sed
michi cura est vobis me commendare post principes Prima illud
nos amare confidimus quod et rerum dominos iubere sentimus Primum
in hoc putamus utile quod honestum ut mores atque quoque pedissequa
semper iusticia comitetur Et quod a continenti principe non emimus
nulli turpiter vendiderimus Audistis principes nostri que rex post do
predicatio excepimus supra vires exigitur qui dignitatis culmina lau
datur ingressus hoc non audemus facta dicere sed confitemur esse
potiora Nam talia inditia non invenerunt inita sed fecerunt Neque enim
nos inde iactamus qui intelligimus dominos nostros similia voluisse
prestollere ne videantur in initiis tam ingentia prestitisse Sapimus
nos predicandi temporis bona et velut longa aviditate sitientes ad
haustum dulcissimi saporis invitamur Procul beata fortuna sub prin
cipe senato nostris regnat affectus per quem totum sic perageitur ut equalis
nos tege caritas sentiatur hinc gloriose prestemus obsequium cui omnia
serviunt et mirabili temperantie concordie cuiusquam posset reges
prius iam cepit moribus imperare Hoc est profecto difficillimum regnandi
regnandi genus et tenere invenem in similibus sensibus princi
patum Rarum omnino bonum est dominum triumphare de moribus et
hoc consequi in florida etate ad quod vix creditur cana modestia per
venire Gaudeamus patres conscripti ut superne maiestati gratias supplici dicatis

Undecimus

referamus quando nulla erit aetas temporis difficilis clementia vestro
principi qui in annis puerilibus servire didicit pietati Sed miraculum
utrisque moribus hoc dedimus Nam tantum est genus maternum ut
etiam vester princeps servire debuisset eminentie Hanc enim dignissime
omnia regna venerantur quam videre reverentia est loquentem audire mi-
raculum Quali enim lingua non probatur esse doctissima Attice facundie
claritate diserta est Romani eloquii pompa resplendet Nativi sermonis
ubertate gloriatur excellit in propriis cunctas cum sit equaliter ubique mira-
bilis Nam si nationi sue lingwam bene nosse prudentis est quid de
tali sapientia poterit estimari que tot genera eloquii inoffensa exercitatione
custodit Hinc venit diversis nationibus necessarium magnumque presidium quod
apud aures prudentissime domine nullus eget interprete Non enim aut
legatus moram aut mittentis aliquem sustinere de mediatoris tarditate
tractatum quando utrumque et genuinis verbis auditur et patriotica responsione com-
ponitur Iungitur his rebus quasi diadema eximium inpretiabilis noti-
tia litterarum per quam dum veterum prudentiam monstrat discit regal-
is dignitas semper augetur Sed cum tanta gaudeat perfectione linguarum
in actu publico sic tacita est ut credatur ociosa paucis litigia nodo-
sa dissolvit bella ferventia sub quiete disponit silenciose geritur bonum
publicum Non audis predicari quod palam videtur assumi et tempera-
mento mirabili dissimulando peragit quod accelerandum esse cognoscit
Quid talis antiquitas honorata promeruit placida mundi opinion
celebrata principe alioquin prosapia gloriam purpurato filio studuisse
perspicimus cum dum te misse administrat imperium videtur cogno-
scitur inimicitia Francorum denique sibi ambitione illicita comparavit
facta quae a comitatu regnantis dimisso dolenda provinciis militem quoque
minime quiete dissolvit pertulit animi perfectus quod vix pati po-
tuit destitutus Sub hac autem domina que tot reges habuit quod pa-
rentes iuvante deo noster exercitus terret externos qui provida dispositione
libratus nec assiduis bellis atteritur nec iterum longa mollitur In
ipsis quoque primordiis quando semper novitas incerta temptatur contra
orientis principis votum romanum fecit esse Danubium Notum
est que pertulerint invasores Nunc id pretermittenda dimitto ne ge-
nus socialis principis verecundiam perstringat pudoris Quid enim
de nostris partibus senserit hinc datur intelligi quod pacem contulit sup-
